LVIII
D
~~6~~
2.

~~C. 7. 173. 27. a 24.~~

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
LVIII
D
2
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

NUMISMATA
IMPERATORUM ROMANORUM
PRÆSTANTIORA

A JULIO CÆSARE AD POSTUMUM USQUE

PER JOANNEM VAILLANT.

TOMUS PRIMUS

DE ROMANIS ÆREIS S.C. PERCUSSIS.

EDITIO PRIMA ROMANA

PLURIMIS RARISSIMIS NUMMIS AUCTA.

Cui acceſſit APPENDIX

A POSTUMO AD CONSTANTINUM MAGNUM.



ROMÆ, MDCCXLIII.


Sumtibus Caroli Barbiellini, & Venantii Monaldini Sociorum in Via lata.

Typis JO: BAPTISTÆ BERNABÒ, & JOSEPHI LAZZARINI.

PRÆSIDUM PERMISSU.

Digitized by Google

Digitized by Google



SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

BENEDICTO XIV.

PONT. MAX.

JO: FRANCISCUS BALDINUS
Cl. Reg. Congregationis Somaſchæ

FELICITATEM.

NON *auderem equidem Te*, BEATISSIME PATER, *a graviſſimis illis curis avocare, quibus Eccleſiarum ſollicitudo, & Principatus negotia diu noctu-*

Digitized by Google

que Te diſtinent, ac diſtringunt, ut, ſiquando per otium liceret, quod vix a Te impetrare unquam potes, oculos in has chartas conjiceres, niſi illæ auguſto Tuo nomine ſacræ fauſtiſsimo hoc titulo id ſibi aliquando futurum pollicerentur. Qua autem de cauſſa Tuo ſacro nomini inſcriptæ ſint, Sapientia illa, qua polles, incredibili, ac pene divina, abunde intelligis. Scis enim quam arcto inter ſe vinculo copuletur utraque Hiſtoria, Eccleſiæ, atque Imperii; & qui ſecundam ignoret, ignorare etiam primam magna ex parte neceſſe ſit. Etenim duo ſunt, quæ Hiſtoriam complent, atque perficiunt, non ſecus ac Hominem Spiritus, & Corpus, Res geſtæ, & Tempora, quibus res geſtæ ſunt. Corporis illæ veluti officium præſtant, hæc Spiritus. Res enim, niſi ſuis quæque temporibus alligentur, & firmis Chronologiæ clavis ſtabiliantur, incertæ, vagæque fluctuant, & nutant, ſuſque, deque feruntur, nec certam ſui

no-

notitiam legentium animis ingerunt. Temporum autem doctrina a Faſtis Conſularibus, qui per ſibi ſuccedentia Conſulum paria, annorum ſucceſsionem repræſentant, & ab ordinata Tribuniciarum Poteſtatum ſerie, quas ſingulis annis Imperatores religioſe renovabant, petenda eſt. Quæ vero in Hiſtoria Eccleſiaſtica potiora, & magis notatu digna, ut Romanorum Pontificum creationes, geſta, obitus, interpontificia, perſecutiones, acta Martyrum, Eccleſiarum origines, Diœceſum partitiones, Hæreſum exordia, Concilia, Inſtituta, aliaque hujus generis ita commixta ſunt, & implicata cum Imperatorum Hiſtoria, ut niſi hæc facem præferat, in tenebris jacere illa cogantur, & cæca caligine obrui, & extingui. Eapropter acris vir ille, ſubactique ingenii Tillemontius poſt ſexdecim tomos improbo labore exaratos, in quibus monumenta ad Eccleſiæ Hiſtoriam priorum quinque ſæculorum texendam conſi-

gna-

Digitized by Google

gnaverat, ſex alios ſubnexuit, qui Hiſtoriam Imperatorum per quinque ſæcula digeſtam complecterentur.

At quæſo per Deum immortalem, quid firmitatem, robur, auctoritatem, certitudinem, evidentiam Romanorum Imperatorum Vitis, rebuſque ab illis, ſuo ſingulis tempore geſtis, tribuit, ac conciliat, niſi Nummorum fides? Non hi ſunt libri lintei, quos ignis in favillas, & cinerem ſolverit, non eburneæ tabulæ, quas edax tempus corruperit, non fragiles, ac caduci papyri, quos tineæ depaſtæ ſint. Sed Æs, Argentum, & Aurum, tria compacta, & ſolida metalla duro ligone ex terræ viſceribus eruta, & ab humana induſtria ad rerum geſtarum recordationem ſeræ poſteritati tranſmittendam delecta. Veteres Nummi teſtes ſunt ſynchroni, ingenui, conſtantes, fallere neſcii, & falli, nec qui flecti precibus, minis, doniſque poſſint. Fuere quidem improbi homines

in

in humanæ ſocietatis exitium nati, qui turpis lucri cauſſa adulterare illos nefarie auſi fuerint. Sed extitere etiam ſemper gnavi, expertique viri, qui non ſecus ac inter veras, falſaſque gemmas, inter veros, atque adulterinos nummos probe diſcreverint.

Qui primus noviſſe, & in pretio habere cæperit Veteres nummos, fuit bonarum illæ artium in Italia reſtitutor Franciſcus Petrarcha*. Hunc ducem ſecuti ſunt egregii, & ſummi viri, qui hujuſce ſtudii lenociniis capti magnam vitæ partem in iis colligendis, atque illuſtrandis impendere, ut Alphonſus Arragoniæ rex Neapoli, Fulvius Urſinus Romæ, Sebaſtianus Erizzus Venetiis, & alii quampluri mi tanta alacritate, & ſtudio, tanto animi ardore, & contentione, ut Hubertus Goltzius ultra trecenta octoginta muſea in ſola Italia ſua ætate exiſtentia recenſere potuerit. Noviſſimis vero his noſtris temporibus magna cum*

lau-

Digitized by Google

laude noſtratum, cumque exterarum gentium invidia in hoc decurrendo ſtadio eminuere duo illa præclariſſima literarum æque, ac Sacri Apoſtolici Collegii *lumina Henricus Noris, cui Epochæ Syromacedonum immortalem vitam debent, & Jo: Antonius De Via, cujus literariis colloquiis, & graviſſimis monitis me ſæpiſſime interfuiſſe, & plura ſuper hoc argumento didiciſſe glorior. Noverant illi, quanto antiqua Numiſmata adjumento, & præſidio ſint ſacræ, ac profanæ Hiſtoriæ. Novit id Cardinalis ampliſſimus Alexander Albanus, qui inter tot magni momenti negotia, quæ impigerrime obit, pretioſa hæc antiquitatis cimelia incredibili amore proſequitur, eorum pretium apprime intelligens, atque præſtantiam, ex cujus maximorum Numiſmatum collectione auro contra, ac gemmis non æſtimanda Vaticanæ opes longe auctæ ſunt.*

Sed præſertim id novit Sanctitas Tua,

quæ

Digitized by Google

quæ vix audito, lectiſſimum Muſeum Ammonium ad Forum *Cornelii venum ire, illico numerata pecunia, redimi juſſit, illudque Inſtituto Scientiarum Bononiæ largita eſt, ut quod unum illi, in ceterarum rerum opulentia ad Literarum omnis generis ſubſidium, & complementum deerat, id copioſe, & magnifice ſuppeteret.* Te *auſpice,* Te *auctore in Bibliothecam Vaticanam migravit gaza Carpinea Numiſmatibus maximis inſignis, quæ a C.V. Philippi Bonarroti præclaris Commentariis tantam lucem nacta ſunt, quantam ab ſuis Auguſtis ſperare nunquam poterant.* Tu *in Capitolium, quod, antiquis Marmoribus ſculptis, totius terrarum orbis Atheneum jure dici poteſt, elegantiſſima Signa intuliſti, ſcalamque maximam, qua ad ſuperiora ditiſſima conclavia adſcenſus patet, ab utroque latere fragmentis illis pretioſiſſimis Veteris Romæ, quæ in* F*arneſianis ædibus abdita jacebant, ſqual-*

lore obſita, & ſitu, pulcherrimo ordine diſtributis exornaſti. Jam jam aſſurgit Tuo juſſu Columna illa tum mole, tum Antonini Pii conſecratione ſpectabilis, ſuo ſtylobati mira arte anaglyptis excellentiſſimis ſcalpto reſtituta, ab oblivione, ac pene interitu vindicata. Quid ſpectatu nobilius, atque cogitatu ingenioſius, quam Nucem pineam æneam ſtupendæ magnitudinis, in qua olim mauſoleo Hadriani imminente, ejuſdem Hadriani cineres condebantur, imminere deinde faſtigio Columnæ Antonini, Adoptantiſque ſupremos honores cum ſupremis honoribus Adoptati tam apte componi? Haud procul a mauſoleo, caſu ſubſidente humo, veſtigia quædam Circi Hadriani adparuerant. Tu juſſiſti ſtatim terram egeri, ut latentia ejuſdem Circi veſtigia omnia, dimenſioneſque architectonicæ conſtare patentius poſſent. Minime præteribo eximium illud muſivum opus, quod Triclinium Lateranenſe dicunt,

cunt, quod nobis illuſtre teſtimonium ſupererat translationis Imperii ab Oriente in Occidentem, Carolo Magno a Leone III. P. M. ad imperatorium apicem electo, Senatu, Populoque Romano plaudente. Hoc dirui ſors tulerat, ut Baſilicæ Lateranenſis frons a fundamentis erecta latius explicaretur. Providentia Tua, Beatissime Pater, *mandavit illud reſtitui: & dum hæc ſcribo, Artifices tam inſigne, & ſingulare Pontificiæ dignitatis monumentum ad primum ectypon diligentiſſime revocando operam navant. Academiam Romanam inſtauraſti, me clementiſſime in ejuſdem Sociorum numerum adlecto, quæ illuſtrandæ Romanæ Antiquitati incumberet; & ſingulis menſibus ſuper datis argumentis Diſſerentes in pontificiam Tuam aulam excipis, atque eruditas Tuas aures illorum diſſertationibus benignus accommodas.*

Perge, Sapientissime, et Magnanime

b 2 Pon-

PONTIFEX, *perge* URBEM TUAM ÆTERNAM *Veteris Romæ pretioſis reliquiis augere, atque ornare, ut inde & majeſtas Religionis hiſce appendicibus inſtructa illuſtrius ſplendeat, & literæ, bonæque artes ſpiritus vividiores hauriant, quibus ad Veterum perfectionem æmulandam adſpirent. Te interim D. O. M. Catholicæ Religioni, cui præes, bonis artibus, quas foves, & ſacræ Urbi, quam regis, diutiſſime incolumem ſervet.*



PRÆ-

Digitized by Google



PRÆFATIO
EDITORIS.

JOANNES VAILLANTIUS, vir in veteri re nummaria, ſi quis unquam alius experientiſſimus, inter tot antiquos Imperatorum Romanorum nummos, quorum plurimi obvii, & nullius propemodum pretii, ob magnum eorum numerum, occurrunt, pauci vero alii infrequentes, & rari, vel quia perbreve fuit eorum imperium, quorum imagines ſculptas referunt, vel quia numero pauci a Monetariis eo typo, qui peculiari alicui occaſioni pro tempore inſerviret, cuſi fuere, optimum, & maxime utile conſilium cepit, ſeligendi minus obvios, & magis raros, eorumque catalogum contexendi, ſingulis ea raritatis nota, quam quiſque in ſuo genere obtineret, conſignatis. Hoc opus tanto plauſu exceptum fuit, ut vix Pari-
ſiis

Digitized by Google

ſiis editum anno 1682. divenditum ſtatim fuerit, & in exteras regiones diſtractum. Inde excitatus Auctor ad illud recudendum, novam editionem adornavit tum pluribus nummis auctam, tum brevibus, eruditiſque Commentariis ad nummos aureos, & argenteos locupletatam. Hanc Antiquarii ambabus ulnis amplexi ſunt, per quam, præter ea, quæ ad eruditionem pertinent, diſcere facili negotio poterant, quæ numiſmata majori in pretio habenda, quæ in minori; quæ emenda carius, quæ minus care, ne a circumforaneis propolis, ultra quam decet, longe exigentibus, degluberentur. Hæc ſecunda editio Pariſiis prodiit anno 1692. non citatis tamen muſeis, in quibus recenſita numiſmata conderentur, uti in prima editione factum fuerat. Subſecutæ hanc ſunt duæ editiones Amſtelodamenſes annis 1695. & 1696. Verum hæ Curioſorum ſitim explere non potuerunt, deſideratis intra paucos annos exemplaribus, ita ut ne unum quidem in ditioribus officinis librariis amplius reperire, niſi forte fortuna, contingeret.

Hæc præcipua cauſſa fuit, quæ me impulit, hortante præſertim Venantio Monaldino in libraria arte, non ſecus ac in vetere nummaria perito, ad manum admovendam huic Romanæ editioni; ſcilicet, ut fieri ſatis poſſet ſollicitis inquirentium votis, & qui pulcherrimo, jucundiſſimoque hoc ſtudiorum genere delectantur, Vaillantium, quem conſulerent, præ manibus haberent, quum ſibi de

pre-

Digitized by Google

pretio, præſtantia, & raritate ſuper oblatis numiſmatis decernendum occurreret. Quum autem illud eſſe debeat officium cujuslibet vel mediocriter eruditi, ſi quando opera olim edita parat iterum edere, ut opus ſecundis, vel tertiis curis recognitum elegantius prodeat in lucem, & magis perfectum quam primis, ideo curatum eſt, ut quantum fieri poſſet, præſens editio reliquis omnibus antecelleret non ſolum in eo, quod ad artem typographicam, ſed quod ad ipſum rei caput, & argumentum ſpectat.

Primum itaque ſublati ſunt errores, qui Vaillantio exciderant, & ipſe enim aliquid humani paſſus eſt, quos vel alii adnotaverant, vel inter edendum deprehendimus. Quæ Numiſmata ad calcem ſingulorum Imperatorum ab Auctore addita, extra ordinem fuerant, ad ſuum locum juxta ſeriem alphabeticam revocata ſunt.

Secundo loco additi ſunt nummi illi, qui Amicorum ſententia inter raros cooptari merebantur, quique vel in ſcriniis deliteſcentes, vel recens e terra educti Vaillantii oculos neceſſario fugere debuerant. Ut vero de eorum integritate, & ſinceritate conſtaret, e re viſum eſt, ne quis me vadetur, adnotare muſea, in quibus illi reperiuntur. Aut illos ego vidi, & contrectavi, aut ex libris a Nummographis editis, aut ex literis perhumaniter ad me datis exſcripſi. Muſea indicata conſulant, quibus ea cura ſit. Hac ratione vadimonium deſerui, & qui

qui velit, certior ex ſemet ipſe fiet. Quidam etiam omiſſi ſunt, ut qui inter argenteos ob inſolentem ſive typum, ſive epigraphen tamquam rariores olim recenſebantur. Hi omnes ſubærati, tenui nempe argentea lamina, ſeu pellicula æri ſuperinducta veſtiti, a falſis Monetariis cuſi deprehenſi ſunt. De his peculiarem, & valde utilem diſſertationem ſcripſit P. Eraſmus Froelich S. J. qui illos ex veterum nummorum catalogo expunxit; recta quidem ratione, quod ex illis nihil lucis, nihilque præſidii ad Hiſtoriam, cujus præſertim cauſſa nummi antiqui in pretio ſunt, extundi poſſit. Perperam tamen inter ſubæratos ſuſpicatur rejiciendum nummum argenteum Sabinæ Hadriani conjugis, in averſa parte ſignatum INDVLGENTIA. AVG. P. P. COS. III. quod minime conveniat fœminæ auguſtæ ea epigraphe, ſed uni Hadriano. Quem enim ego poſſideo, ex ſolido argento eſt: atque indulgentiæ Auguſti acceptum referri crediderim vel titulum Auguſtæ collatum Sabinæ, vel ejus effigiem nummis inſculptam. Sic Patrenſes nummum æreum cuderunt cum epigraphe INDVLGENTIAE. AVG. MONETA. IMPETRATA. per quem ſe debere Indulgentiæ Auguſti facultatem cudendæ monetæ profeſſi ſunt.

Tertio Nummorum tam æreorum, quam argenteorum, & aureorum ſeries perducta eſt ad Conſtantinum uſque. Propterea & illi, quæ in Poſtumo deſinebat, & huic, quæ in Cornelia Supe-

pe-

pera, Appendix ſubnexa eſt, ex iis nummis præſertim compacta, quos P. Anſelmus Bandurius O. B. deſcripſit in numeroſa collectione Numiſmata omnia Imperatorum Romanorum cujuſque moduli, & metalli a Trajano Decio ad Palæologos complectente. Delecti ii ſunt, quos inſignis aliqua circumſtantia ad Chronologiam, aut Hiſtoriam proxime ſpectans commendaret. Vaillantius nummos aureos, & argenteos brevibus notis illuſtravit. Idem ego præſtiti in appendice ad ejuſmodi nummos, quos perpetuo commentariolo proſecutus ſum, veſtigiis inhærens primi auctoris. Si per otium illi licuiſſet perficere, quæ ſpoponderat in præfatione ad nummos aureos, & argenteos, ſeriem nempe ex omni metallo ad Heraclii uſque tempora perducere, me a qualicumque eo labore liberaſſet, & gratiam longe ſatius iniiſſet Antiquariorum. Ut ut res accidat, benevolus Lector animum bene de literis merendi æqui bonique conſulet.

Quarto, Numiſmata maximi moduli, vulgo *Medaglioni* quotquot reperi latine loquentia a Vaillantio omiſſa addidi, & in ordinem digeſſi a Julio Cæſare exorſus, & in Joanne Palæologo terminans. Pauca quædam argentea, atque aurea interpoſui, quæ videlicet ad magnitudinem æreorum maximi moduli aſſurgere conſpexeram; quæ enim minoris formæ ſunt, vulgo *Medaglioncini*, in ſerie argentea, & aurea locum habuere. Eorum, quæ addidi, ubi ectypa videre licuit, adpoſui ſtatum capitis, num

dextrorſum converteretur, an ſiniſtrorſum: idque indicavi per ſiglas d. c. & ſ. c. Pariter ubi deprehendi numiſma ex duobus metallis eſſe coagmentatum, quorum flavum eſt ad oram numiſmatis, rubrum ad aream interiorem, adnotavi *ex duobus metallis*; id enim multum auget pretium nummi: quod Vaillantius, aliique veteres Scriptores dum neglexerunt, Nummophilorum curioſitatem fraudavere.

Super Numiſmatibus maximi moduli manet nos nodus difficilis extricatu. Pleraque hujuſmodi numiſmata carent nota illa S. C. qua ſignata eſt omnis moneta ærea, primi quidem, & ſecundi moduli a Julio Cæſare ad Florianum uſque, & Probum, tertii vero ad Antoninum Pium; ſub quo deſinit, nec redit amplius, niſi dumtaxat ſub Trajano Decio. Sed neque in moneta aurea, & argentea comparent ſiglæ illæ S. C. niſi forte typus aliquid publica Senatus auctoritate decretum exhibeat, puta Statuam, Clypeum, Conſecrationem &c. quæ tunc non referuntur ad nummum, ſed ad typum; idque indicatur per eam formulam EX. S. C. vel S. P. Q. R.

Eruditorum hominum, qui de hac re diſſeruere, una hodie ſententia eſt, Imperatores in ſumma rerum poteſtate jus cudendæ monetæ ita partitos fuiſſe, ut ſibi reſervato jure cudendæ monetæ aureæ, & argenteæ, Senatui dimiſerint facultatem cudendæ æreæ: eaque de cauſſa etiam Numiſmata maximi moduli primum cuſa fuiſſe Senatus Conſulto, uſque ad primos annos Imperii Hadriani, dein-

Digitized by Google

deinceps vero, adempta ea poteſtate Senatui, Imperatores ſibi unis illam adſeruiſſe, excepto Trajano Decio, qui una cum reliquis juribus, jus omne cudendæ monetæ Senatui reſtituerit, ut ex ejus nummis maximis, & ejuſdem uxoris Etruſcillæ eruitur cum nota S. C. percuſſis. Ita cenſet Vaillantius in interpretationibus ad Numiſmata maximi moduli Abbatis de Camps. *Maximi Hadriani nummi*, inquit ille, *partim notam* S. C. *præferunt, partim eam non habent, quod ærei omnes juſſu Senatus cuderentur in urbe: at quum maximi non monetæ loco exponerentur, Hadrianus eorum cudendorum poteſtatem ſibi primus arrogaſſe videtur: unde in ſequentibus Cæſaribus nulla amplius* S. C. *nota, ſi Trajanum Decium exceperis, qui omnia, quæ ſibi tribuerant Imperatores, Senatui reddidit*. An hæc ſint propiora vero, infra expendemus.

Aliter porro ſenſit vir in antiquaria facultate facile princeps, Philippus Bonarrotus Senator Florentinus in ſuis animadvertionibus ad numiſmata maximi moduli Cardinalis Carpinei: videlicet notam S. C. monetæ æreæ adpoſitam fuiſſe declarandi cauſſa tres illam in claſſes diverſæ magnitudinis diſtributam fuiſſe a prima uſque in Republica inſtitutione, quæ quamvis lapſu temporum varias mutationes ſubierit tum in mole, tum in pretio, ſemper tamen juxta primum Senatus Conſultum triplicem illam partitionem ſancte ſervaverit. Huic ſententiæ libenter ſubſcribo. Neque enim video, ob quam aliam cauſſam potuerit ſculpi S. C. ſupra monetam

c 2 æream,

æream, niſi quod publica auctoritate expendenda illa eſſet pro aſſe, ſi primæ magnitudinis; pro ſemiſſe, ſi ſecundæ; & pro quarta aſſis parte, ſi tertiæ, utcumque hæ magnitudines variarentur. Omiſſum deinde eſt S. C. in nummis tertiæ magnitudinis, quorum exilitas abſque ea nota ſuum valorem ſatis proderet. Nummi aurei, & argentei ea nota carent, & quod id uſu receptum non fuerat a prima inſtitutione, & reapſe nummi argentei, & aurei Familiarum Romanarum, ſtante Republica, ſi pauciſſimos excipias, ſine nota S. C. percuſſi ſunt: & quod metalli pretium eorum valorem taxaret, & neminem latere poſſet ex ſolo nummi, & typi conſpectu, quot aſſes ſinguli valerent. Sed neque Numiſmata maximi moduli S. C. præferebant, quum illa non ut pro moneta in commerciis expenderentur, ſed ad conſignanda in ære Imperatorum præclariora geſta, vulgandoſque per manus hominum auguſtiores, ſpirranteſque eorum vultus, & immortalitati commendandos veluti publica monumenta inſtituta fuerint: atque adeo pro muneribus & donariis in ſolemnioribus feſtis, ut in principis inauguratione, ædium dedicatione, victoriis, ludis &c. ab iiſdem Imperatoribus, domeſticis, atque amicis diſtribuebantur.

Nullo enim pacto credibile eſt in Romana republica eam fuiſſe legem, ut nova dietim Senatus Conſulta conderentur pro adprobandis nummis recens conflandis, quum multo graviora negotia re-

fe-

ferenda eſſent ad Senatum, quam ut decerneretur de epigraphe deligenda, deque typo æri ſcalpendo, an navis cum velo, vel ſine velo, fortunæne ſtantis, aut ſedentis, Minervæne, an Martis ſimulacri, Victoriæ gradientis, vel ſtantis, dextrorſumne converſæ, vel ſiniſtrorſum, & ſimilium. Fuerat jam ante, florente Republica, conſtitutus Magiſtratus, cui res omnis monetaria curæ eſſet. Huic Senatus Conſulto facultas data erat flandi,& feriundi æquali jure Aurum, Argentum, & Æs. Tres primum Viri in Comitiis eligebantur: deinde rerum potitus Julius Cæſar quartum addidit, ſed Auguſtus abrogavit, priorem numerum reſtituens: quæ a nummis diſcimus. Omnes itaque, quæ cudebantur Monetæ ſive ex ære, ſive ex argento, ſive ex auro, horum auctoritate cudebantur, ſuaque in illis nomina, Senatus auctoritate, ſculpebant, quæ in nummis tam æreis, quam argenteis Julii, & Auguſti paſſim leguntur. Triumviros hoſce diu ſub Imperatoribus perduraſſe antiquæ Inſcriptiones teſtantur, ut apud Gruterum (CCCXXIII. 4.) *Q. Hedius Rufus Lollianus Gentianus* ſub Severo, & Caracalla IIIVIR. A. A. A. F. F. inſcribitur, & apud Reineſium (Claſ. I. 157.) poſteriore etiam ætate *L. Antonius Vagonius Proſper* IIIVIR. MONEtalis. Poſtremis temporibus ad Libertos, & Servos cura Monetaria prolapſa eſt Imperatorum vel improbitate, vel ſocordia. Triumviri autem Monetales, quum omnia nutu unius regerentur, Senatu per turpem ſervitutem pro-

probante, monetam omnem vultu Imperatoris, rerumque ab eodem geſtarum imaginibus ſignarunt indiſcriminatim in ære, atque argento, & auro, ut palam oſtendunt typi in nummis æreis cum S. C. inque aureis, & argenteis ſine, qui omnino iidem, cumque iiſdem inſcriptionibus occurrunt in nummis cujuſcumque metalli: quod facile non accidiſſet, ſi principis juſſu aurum, atque argentum ſignatum fuiſſet, & Senatus Conſulto æs. Præterea tam in ære, quam in argento nummi cum typo, & epigraphe MONETA. AVG. a Triumviris percuſſi ſunt, quod non ſiviſſet Senatus, ſi ex pacto, & conventione cum Imperatoribus inita, moneta ærea ſui dumtaxat juris fuiſſet; nec Imperatores paſſi eſſent ſuæ monetæ S. C. adponi, ſi ea nota index fuiſſet Senatorii juris, ac ſi ab auctoritate Senatus valor illi, ac pretium repetendum fuerit.

Redeo nunc ad Vaillantium, qui nimis fidenter affirmat Trajanum Decium Senatui cenſuram, jus quintæ relationis, proconſulare imperium, tribuniciam poteſtatem remiſiſſe, ſimulque jus reddidiſſe cudendæ monetæ, *ut Senatus Populique Romani gratiam ſibi conciliaret*. Qua in re multipliciter erratum eſt. Et primo præter alias Gruterianas, duæ adferuntur Inſcriptiones altera ab eodem Vaillantio t. 2. Colon. pag. 233. & altera a Pagio ex ſchedis Peireſchii, quibus docemur, titulos aliis Auguſtis communes etiam Decium retinuiſſe.

IMP.

1.

IMP. CAES. C. MESSIVS
Q. TRAIANVS. DECIVS
INVICTVS. PIVS. FELIX. AVG.
P. M. TRIB. P. COS. II. PROCOS.

2.

IMP. CAES.
C. MESSIO. QVIN
TO. PIO. FEL. INVIC
TO. AVG. P. M. TRIB.
POT. III. COS. II.
PROC.
CIVIT. VINT.

Secundo, ſi Decius jus cudendæ monetæ, quod Imperatores ſibi adſciverant, Senatui reddere voluiſſet, cur jus æreæ reddidiſſet dumtaxat, & non argenteæ, atque aureæ, quando Triumviris non ære tantum flando, feriundo, ſed auro, atque argento Senatus poteſtatem dare jampridem conſueverat? Tertio, neque æream omnem Senatui reſtituit; nam inter nummos Decii incerti moduli a Bandurio t. 1. Numiſm. Impp. recenſetur æreus cum epigraphe MONETA. AVG. cui S.C. non eſt inſculptum. Quarto demum non omnia numiſmata maximi moduli Decii, & Etruſcillæ ſignata ſunt S. C. æreum enim maximum Trajani Decii cum epigraphe MONETA. AVG. & typo trium Monetarum, & duo Etruſcillæ, alterum cum epigraphe PVDICITIA. AVGV-

STAE.

STAE. & typo trium mulierum, & alterum cum epigraphe VESTA, & typo ſex figurarum muliebrium coram templo ſacra facientium, abſque S. C. idem Vaillantius ſuæ doctrinæ immemor profert.

Sed qua de cauſſa numiſmata maxima Trajani Decii cum typo *Felicitatis*, & *Victoriæ*, atque Etruſcillæ cum ſolito typo *Pudicitiæ* S. C. ſignata ſunt? Ex Bonarroti doctrina id factum putarem, quod illa in commercio eſſent, & monetæ vicem obirent, & dipondium, ſeu duplum aſſis valerent: quod facile ſuadere videtur eorumdem non infrequens copia, viliorque apud Antiquarios æſtimatio. At præter Decii Numiſmata, alia nonnullorum Imperatorum, quæ inter maxima recenſentur, pauciſſima illa quidem, ſed tamen reperiuntur, quibus impreſſa eſt nota S. C. imo quæ ex duobus metallis ſunt coalita, ut duo Antonini Caracallæ, quorum alterum in muſeo Carpineo, & alterum in Albano, & unum Antonini Elagabali in muſeo Albano. Num & iſta commercii uſibus pro moneta inſerviſſe putandum eſt? Ita fortaſſis. Sed non omnium varietatum, quæ in hac materia veterum nummorum occurrunt, ratio reddi poteſt explorata, & certa. Sunt quædam in omnibus humanis ſcientiis, quæ intellectus noſtri aciem fugiunt, & quorum ſi probabilis aliqua ratio reddatur, prudenti viro ſit adquieſcendum.

Nummi Othonis in ære Romæ cuſi non extant: aurei vero, & argentei indubitato Romæ cuſi apud An-

Antiquarios paſſim proſtant; pauciſſimi etiam ærei exiſtunt Antiochiæ percuſſi, & Alexandriæ, quo ſerius Othonis ad imperium evecti nuncium pervenerat. Adſcribi id nequit brevitati ejus imperii, quod ultra tres menſes non excurrit. Si enim intra id temporis ſpatium ſignari potuere nummi ex argento, & auro, cur non ex ære, quod multo paratius eſt, & magis obvium? An fortaſſe quod nutaret Senatus inter Othonem, & Vitellium magnis itineribus cum exercitu Germanico in Italiam contendentem, cuinam potius adhærendum foret, & populo inter utrumque ſuſpenſo non exhibendus videretur vultus Othonis in moneta ærea, quæ vulgaris eſt, & inter populum ſpargitur, contra vero præbendus militi in denario argenteo, & aureo, cui pro Othone ſolvenda ſtipendia, & cum æmulo dimicandum? Vel fortaſſe quia eo deliciarum, & vanitatis deflexerat Otho nitidus, & calamiſtratus, & *munditiarum pene muliebrium*, ut inquit Suetonius in ejus vita, ut nollet ſuum vultum in ære vileſcere, & rubigine infici, ac fœdari, ſed dumtaxat in auro ſculpi, atque argento? Vel forſitan magna vis pecuniæ æreæ ſub Claudio, Nerone, & Galba percuſſæ in ærario ſupereſſet, & magna contra caritas aureæ, & argenteæ, & huic ſubveniendum, illa primum diſtrahenda? Vel quod Triumviri Monetales, Othone in belli curas diſtracto, æs omne ferirent adpoſita in media area vetere nota S. C. propriiſque nominibus ad oram; quorum æreorum

copiam ſuperſtitem cernimus tam primæ magnitudinis, quam ſecundæ, atque ita ferire perrexerint ſub Vitellio, cujus, quamvis fere per annum imperantis, ærei pauci admodum ſunt, & magni æſtimantur? Sed fortaſſe Lectoris patientia abutor, dum hæc perſequor.

Potius reddenda mihi ratio eſt, cur ab ortographia numiſmatica, quam Recentiores quidam ſtudioſe ſectantur in ſcribendis diphtongis, ego diſceſſerim, & non divulſerim *ae*, & *oe*, ut illi faciunt, ſed uſitatos characteres *æ*, *œ* adhibuerim. Conſulto id feci, tum quia hic ſcribendi modus nobis Italis conſentaneus eſt, & familiaris, qui legimus, quemadmodum ſcribimus, nec *Caeſarem*, ac *ſoeminam* pronunciamus, ſed Cæſarem, & fœminam; tum quia artis typographicæ magiſtri duas literas in unam nectendo, compendio quodam uſi operarum tædium minuere viſi ſunt, ſicuti & Græci conſuevere per ſuas abbreviationes. At nummi, lapides, & antiquæ membranæ ita habent. Habeant: quamquam & in illis non raro occurrunt literarum nexus: Sed quum non imitemur literas quadratas majores, quibus ſolis Veteres utebantur, & nova ratio alphabeti ſub minoribus formis characterum nobis perplacuerit, novamque literam U ab antiqua diverſa cuderimus, quare literarum divulſionem in diphtongis imitabimur?

Habes igitur, Lector Benevole, in hac editione, præter Appendices duas, nummos quamplurimos,

rimos,

rimos, eoſque rariſſimos recens additos. Quæ inter uncos, quibuſve aſteriſcus præfixus eſt, huic editioni addita ſunt. Habes Indicem chronologicum Romanorum Imperatorum, qui nummos cuderunt, a Julio Cæſare ad Conſtantinum Palæologum. Et præterea tres Indices habes, primum partium adverſarum Nummorum, ſecundum averſarum, & tertium rerum notabilium, quos ſolertiæ, & induſtriæ debes D. Emerici Brulon, viri in numiſmatica re veteri multum periti.

Viſum etiam eſt legentis curioſitati non injucundum futurum, ſcire ortum, ſtudia, eventus, obitum, & præſertim opera Joannis Vaillantii, quæ, & quo tempore, quibuſve typis edita fuerint. Id præſtiterat Claudius Gros de Boze a Secretis regiæ Pariſienſis Academiæ Inſcriptionum in elogio, quod legerat in publico conventu habito anno 1706. Nihil aliud a me factum, quam illud fideliter ex Gallico ſermone in latinum convertere.

Digitized by Google

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

F. M. De Rubeis Archiepiſcopus Tarſi Vicesgerens.

IMPRIMATUR.

Fr. Aloyſius Nicolaus Ridolfi Ordinis Prædicatorum Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

ELO-

Digitized by Google

ELOGIUM
JOANNIS VAILLANTII

Ex Actis Academiæ Regiæ Inſcriptionum Pariſienſis, ad annum 1706.

JOANNES FIDES VAILLANTIUS die 24. Maji anni 1632. Bellovaci natus eſt. Triennis Patrem amiſit, & Avunculus, cui per id ferme tempus filium unicum mors eripuerat, eumdem educandi curam ſuſcepit. Ob feliciores in prima bonarum artium ſtudia progreſſus ejus amore captus ſibi eum deſtinavit animo, ſucceſſorem slitibus judicandis, & morti proximus nepotem nondum ſuæ implendæ expectationi maturum ſui nominis, potioriſque ſuorum bonorum partis hæredem inſtituit. Mors avunculi ab ſibi propoſito fine avocavit. Juris ſcientiæ valedixit, ut facultati Medicæ operam daret, & vigintiquatuor annos natus Doctoris laurea inſignitus eſt.

Ad eam uſque ætatem Vaillantius, qui inter celebriores eruditæ antiquitatis, & ſcientiæ numiſmaticæ cultores facile princeps futurus erat, nullum ediderat argumentum propenſi animi erga id genus ſtudiorum.

Quidam villicus Bellovacenſis, dum terram exercet, magnam veterum nummorum copiam invenit, quos ad Vaillantium defert, qui illos haud magni faciens vix mediocri attentione dignatus eſt. Verum ſciendi cupidum ejus ingenium perſpiciens in nummis quædam, aut ab Hiſtoricis prave intellecta, aut omninò neglecta cenſuit acrius obſervanda eſſe hæc monumenta; atque ea ratione in ejus animo amor, atque inclinatio erga Numiſmata prodiit. Jam mira facilitate, quæ natura inſita potius, quam adquiſita videbatur, nummorum typos, atque epigraphes declarabat, quod vix pleriſque contingit poſt plurium annorum impendium, & diuturnam experientiam. Quidquid temporis a negotiis reliquum erat, huic ſtudio impertiebatur: non autem patitur quiſquam ſibi deeſſe tempus pro iis curis, quas deperit.

Quum ſe Pariſios contuliſſet cauſſa rei familiaris, Petro Seguino innotuit S. Germani Autiſſiodorenſis Decano, qui diſſertationes aliquot ediderat ſuper quibuſdam ſelectis Numiſmatis, quique inter experientiores

tiores recenſebatur. Seguinus primis in colloquiis præſenſit recentis Antiquarii excellens ingenium tum in quæſtionibus, atque dubitationibus eidem propoſitis, tum in afferendo, quæ conjectabat, quæve recens meditatus fuerat. Non ſivit ille inter Provinciales latere virum tantæ ſolertiæ, & perſpicacitatis, notumque voluit iis omnibus, qui ſecum eodem amore nummos veteres proſequebantur eorum pretii optimi æſtimatores, quive illos ſuis in ſcriniis diligenter cuſtodiebant, theſaurum veluti ſelectæ, & nobilis eruditionis; quales erant Lamoignonius, Bignonius, De Seve, & Harlejus viri ob Magiſtratus, quos obibant, illuſtres, & a quibus dignitatem, atque vires ſumebat ſcientia, quæ tunc in incunabulis pene vagiebat.

Colbertus, ad quem fama pervenerat meritorum Vaillantii, delegit illum, qui in Italiam, Siciliam, & Græciam proficiſceretur numiſmata quæſiturus, quibus ſeries locupletaretur, quam nuper defunctus Gaſto Dux Aurelianenſis dono dederat Regi. Volens, lubenſque diſceſſit ſtatim, rediitque poſt aliquot annos copioſis ejuſmodi Opibus oneratus. Ultra dimidium, recens muſeum regium locupletatum fuit, & jam, non computatis poſterioribus acceſſionibus, præſtantiora Europæ muſea longe exuperabat. Privatorum muſea cepere pariter fructus curarum Vaillantii, plurimiſque nummis augeri viſa ſunt, vel ignoratis prius, vel pro ſingularibus habitis.

Aut adquiſivit, aut vidit ſaltem, atque exſcripſit quidquid in eo genere rarum, & pretioſum Italia, Sicilia, & Græcia complectebantur. Ea occaſione tantam experientiam, doctrinamque comparavit, quantam nemo alius, ut judicare facile poſſet de raritate, & pretio uniuſcujuſque nummi, & votis eorum ſatisfacere, qui Numiſmatum Catalogum ab illo optabant, in quo deſcripta eſſent majori raritate prædita ſive typorum præſtantiam, ſive ſpectes ad illuſtrandam Romanam hiſtoriam utilitatem. Publici itaque juris fecit Numiſmatum rariorum Catalogum duobus *in forma quarti*, ut ajunt, tomis comprehenſum hoc titulo, *Numiſmata Imperatorum Romanorum præſtantiora a Julio Cæſare ad Poſtumum, & Tyrannos*. Quod opus bis Pariſiis editum, recuſum deinde fuit typis Hollandicis, quam ſortem raro Catalogi ſubeunt, ſceletis ſimiles, quos niſi artium magiſtri in pretio habeut.

Regius adminiſter ratus Vaillantium iterata navigatione novas merces advecturum, mari rurſus illum commiſit. Diſcedens Pariſiis menſe Octobri 1674. Maſſiliam appulit, ingreſſuſque eſt navem pluribus comitantibus, quos annus Jubilæi, piumque ſtudium ſacros ſitus viſen-

viſendi in valvarum aperitione Romam vocabat. Hos omnes inopinus caſus decepit; navis enim Liburnica, qua vehebantur, altera die a pyratis Algerianis capta eſt; necquicquam reclamantibus Gallis bellum ſibi non eſſe cum Algerianis, captivoſque nuper alios Gallos libertate ſtatim donatos: ſed pyratæ cauſſantes longe abeſſe litus, ſibique commeatum deficere, Gallos veſtibus una cum aliis nudant, & in captivitatem ducunt, bona interim verba dantes, *bona pace Franceſi*. Gentis curator nomine Regis captivos repetit; Regulus Algeriæ contra in vindictam ſe detinere ajebat octo ex ſuis a Rege Galliarum triremibus addictorum, quorum fruſtra popoſcerat libertatem. Tandem obtenta poſt quatuor menſes, & dimidium facultate abeundi, recuperatiſque viginti numiſmatis aureis Vaillantius navem conſcendit Maſſiliam verſus. Vela implebat ſecundus ventus, quum die altera proſpicit Gubernator velis plenis adpropinquantem Saletinum pyraticum navigium; jamque vanam eſſe ſpem effugiendi, imminere illud, & non longius abeſſe jactu pilæ tormentariæ. Vaillantius ſibi cavens, memor prioris captivitatis numiſmata aurea ſibi Algeriæ reſtituta animoſe deglutit. Verum tempeſtate ſuborta impetus venti ſubtrahit navem a pyrata, inque Catalauniæ oras agit, ad quas pene alliditur; mox inter vada arenoſa ad oſtium Rhodani impellitur, ubi fracto cannabe, anchoraque amiſſa Vaillantius ſcapham ingreſſus ad proximius litus deſcendit cum quatuor ſociis.

Interim numiſmata deglutita ponderis quinque circiter, aut ſex unciarum moleſtiæ erant gravioris alvo Vaillantii. In conſultationem duos medicos vocat, qui ad novum caſum incerti, in ſuggerendis remediis dum inter ſe diſcrepant, Vaillantium ad nihil agendum determinant, natura paulo poſt ferente opem. Egeſtis ſupra medietatem numiſmatibus Lugdunum ingreditur; amico ſtudiorum conſorti caſum narrat, oſtendit receptos nummos, recipiendoſque deſcribit. Hujus numeri *Otho aureus* erat: ejus potiundi amicus cupidus de pretio interrogat: facilem reddit Vaillantium facti ſingularitas; firmatur pactum; feliciterque eadem die pacti fidem liberat.

Pariſios redit Vaillantius, novaque mandata habet diſcedendi; diſcedit, proſperaque uſus navigatione penetrat interiores Ægypti plagas, & Perſidis, detegitque pretioſas opes, quæ explendæ cupiditati ſufficerent laborioſi Antiquarii. Theſaurus inde devectus Regium Pariſienſe Muſeum ita locupletavit, ut viſa fuerit tellus reſtituere conſignatas divitias Principi, cui in deliciis erat conſulere auguſtas illas eruditæ antiquitatis reliquias.

Ex

Ex Oriente redux Hiſtoriam edidit Vaillantius Regum Syriæ ſub hoc titulo, *Seleucidarum Imperium, ſive Hiſtoria Regum Syriæ ad fidem Numiſmatum accomodata*. Pars hæc Veteris Hiſtoriæ in obſcuro erat: hocque unum ſciebatur, poſt obitum Alexandri Magni Seleucum, unum ex ejus ducibus, Regnum Syriæ fundaſſe, illudque annos 250. perduraſſe, quando Pompejus Antiocho Aſiatico armis ereptum in Romani Imperii provinciam redegit. Machabæorum ſacri libri, & Flavii Joſephi hiſtoria quoſdam ex iis Regibus manifeſtabant, ſed plures latebant, latuiſſentque fortaſſe ſemper, niſi Vaillantius ope numiſmatum invitis Hiſtoricis ab oblivione vindicaſſet.

Viginti ſeptem itaque Reges, qui in Syria dominati fuerant a Seleuco primo ad Antiochum uſque XIII. quem Pompejus domuit, in apricum protulit. Horum ſeriem Chronologicam diverſis epochis, quibus eorum numiſmata ſunt ſignata, egregie comprobavit. Eorumdem ope reſtituit eorum cognomina, vel in libris corrupta, vel quorum origines ignorabantur.

Ejus miram ſagacitatem demonſtrat, quod obſervatu dignum detexit ſuper æra Seleucidarum. Conveniebant melioris notæ Chronologi in ea referenda ad annum primum Olympiadis 117. diſſentiebant vero circa tempeſtatem anni, qua æra incœperit. Vaillantius ad æquinoctium vernum taxavit, quod Antiochia Syriæ metropolis ſuæ æræ annos in nummis conſignans, in illis plerique Solem in Ariete repræſentet.

Hiſtoriam Regum Syriæ ſubſecuta eſt Explanatio Numiſmatum æreorum Auguſtis, Auguſtabus, & Cæſaribus in Coloniis Romanis percuſſorum. In hoc opere vetus Geographia illuſtratur, urbium ſitus adſeritur; earum conditores indicantur, viri illuſtres, qui natalia illis debent, Dii tutelares in illis culti, ludi celebrati, prærogativæ illis collatæ, diverſa earum nomina, variique caſus: atque in illorum typis plures circumſtantias in Imperatorum Vitis animadvertit, quæ tum ob novitatem, tum ob ſingularem adplicationem mire delectant: opus equidem immenſi laboris, & diligentiæ dignum Principe Mæcenate [*Cænomanenſium Duce*] cui ſacravit, & a quo annua ſtipe fuit auctus.

Poſt tot ingenii ſui fœtus nondum ſatis ſibi demeruiſſe Antiquarios viſus eſt. Occo Auguſtanus medicus ſub initium elapſi ſæculi collectionem dederat Numiſmatum Imperatorum Romanorum, quæ ad ſui notitiam pervenerant: additis quibuſdam Græcis, ſed male deſcriptis. Comes Mediobarbus collectionem Occonis auxerat aliquot my-

myriadibus nummorum Latinorum, ſubtractis Græcis, quos ſeorſim edere intra duorum annorum ſpatium pollicebatur. Jam anni quindecim effluxerant, quum Vaillantius, quem huic operi parem reddiderant duodecim Romam peregrinationes, binæ in Orientem, & binæ in Angliam, & Hollandiam, opus edidit Pariſiis [*anno 1698.*] inſcriptum: *Numiſmata Imperatorum, Auguſtarum, & Cæſarum a populis Romanæ ditionis Græce loquentibus, ex omni modulo percuſſa.*

Paulo poſt Librarii Amſtelodamenſes novam ejuſdem Operis editionem ſe parare illi ſignificarunt. Hæc prodiit [*anno 1700.*] ultra 700. nummos aucta ſecundis curis, & commentariolis illuſtrata brevibus quidem, ſed perſpicuis, & ſingularibus. Nemo non novit Socium Academiæ [*Focaultium*] cui duas illas editiones Vaillantius inſcripſit, virum inter ceteros rei nummariæ peritiſſimum, & qui librum certum facit de eventu, dum probat.

Altero anno hiſtoriam Ægypti Regum Numiſmatibus confirmatam publici juris fecit, cujus veluti ſponſionem dederat, quum Regum Syriæ hiſtoriam eadem methodo pertractaverat. Plura nobis tradiderant Scriptores de Ægyptiis, quam de Syriis; & tamen ignota nobis cauſſa, numiſmata Ptolemæorum longe difficiliora ſunt extricatu quam Seleucidarum. Excepto cognomine Evergetis, & Philopatoris, quo effigies Regum in parte adverſa non conſignantur, ſed quod dumtaxat legitur in averſa parte Numen aliquod exhibente, nulla alia cognomina uſpiam adparent. Has tenebras diſcuſſit Vaillantius, ſeriemque Chronologicam texuit 14. Regum, qui Ægypto dominati ſunt intervallo 294. annorum, a Ptolemæo Lagi filio, qui poſt obitum Alexandri magni ea regione potitus eſt, uſque ad celebrem Cleopatram, in qua genus deſiit, & regnum Lagidarum; & quod admirationi eſſe debet numiſmaticis myſteriis non initiatis, plurium Regum dominationis durationem ab aliis non ſtabilitam, fundamento numiſmatum ſtabilivit.

Hanc Regum Ægypti hiſtoriam ad fidem numiſmatum revocatam ſub auſpiciis Magni Hetruriæ Ducis prodiit, qui ſingulari ſuæ æſtimationis honore Vaillantium proſecutus eſt, quique ſingulis annis excellentis Etruſci vini largo munere illum donans certius memoris animi argumentum ea ratione, quam honoraria qualibet alia mercede, præbebat.

Tandem anno 1703. in Hollandia pariter, edidit Vaillantius novum opus numiſmaticum, pro illuſtrandis nummis Familiarum Romanarum ſub hoc titulo: *Nummi antiqui Familiarum Romanarum*

perpetuis interpretationibus illuſtrati. De hoc argumento egerant quidam alii Antiquarii, ſed non tam copioſe, tam apte, & tam feliciter, quam Vaillantius. Hunc librum in Gallia minus cognitum reddit interruptum ob bella commercium, ob quam cauſſam pauca exemplaria huc pervenere; ſed illum Librarii magni æſtimant tum ob copiam tabularum æneanrum, tum ob eximiam typorum ſcalpturam, & duorum voluminum molem *in folio*. Literati viri longe pluris æſtimabunt ſelectæ eruditionis gratia, qua abundat.

Hæc præcipua Vaillantii opera ſunt; quorum multitudo, & rerum delectus ſilentio præterire coegit Commentarios in maximi moduli numiſmata Abbatis de Camps, additiones ad ſecundam editionem numiſmatum ſelectorum Petri Seguini, aliaſque non paucas diſſertationes, quibus cauſſam dedere literariæ quædam controverſiæ, quæ unæ ejus nomen poſteritati celebrandum commendaviſſent. In ſpem nos quoque adduxerat fore ut conſcriberet nummorum ope hiſtoriam Regum Macedoniæ, Ponti, Bithiniæ, Thraciæ, & Cappadociæ, & felix experientia futuri eventus nos certos faciebat.

Quum placuit Regi novis Sociis Academiam Inſcriptionem augere, inque meliorem formam redigere, inter *Aſſociatos* adſcitus eſt Vaillantius, & paulo poſt locum obtinuit ut *Penſionarius*, quem *Charpentarius* moriens reliquerat. In regeſtis Academiæ celebre erit apud poſteros nomen Vaillantii, quod muneribus ſibi impoſitis egregie perfunctus fuerit, & ſedulus interfuerit conventibus Societatis.

Ceterum Vaillantius bis matrimonium iniit, duaſque ſibi ſucceſſive ſorores junxit, ſpeciali Pontificis diſpenſatione [*peracta Romæ ad D. Petri publica pænitentia*] ex quibus plures filios ſuſcepit, interque alios unum, quem ſpeciali amore, & cura proſecutus eſt. Huic a primis annis ardens erga literas ſtudium inſpiravit, amoremque ingentem in vetera monumenta, quem in partem vocatum cognitionum ab ſe tot peregrinationibus, & literariis occupationibus adquiſitarum Academiæ dicavit, & ſuum *Alumnum* nuncupavit.

Obiit die 23. Octobris præſentis anni 1706. ex ſanguinis apoplexia. Ejus amici, conſanguinei, familiares omnes perfectam ejuſdem in extremo vitæ curſu cum divino beneplacito conſenſionem non ſine intimo animi ſenſu admirati ſunt. Agebat annos ætatis 77. cum 5. menſibus, ſed vires corporis optime conſtituti longiora vivendi ſpatia polliceri videbantur.

PRÆ-

PRÆFATIO AUCTORIS.

LECTORI.

CUm late tota Europa armorum ſtrepitu pervagante, attonitæ Muſæ in abditos Parnaſſi receſſus confugiunt, & dum undequaque nova in dies ſolertia novi, præſentiſque temporis nummi inveſtigantur multo curioſius, quam antiqui, ac vel inviti coguntur prodire in lucem ex intimis non terræ, ſed arcarum penetralibus; dum quiſque futuri metuens ſtudet reſecandis ſumptibus, & ad neceſſitatis leges ſingula exigit: miraris forte Lector, qui fieri poſſit ut inter literas viros, apud quos malo ſuo fato, non parcimonia tantum, ſed etiam penuria ſemper invaluit, inveniatur quiſquam, qui libris edendis dare operam velit, & in rebus ſuis anguſtiſſimis de amplificanda fama cogitet potius, quam de re familiari augenda. Ita tamen ſum factus ſive natura, ſive uſu, ut cum nihil habeam ſtudiis meis dulcius, nullo me caſu avelli ab iis patiar.

Digitized by Google

Quum igitur ſubiït in mentem quanta eruditorum benevolentia, quanto plauſu, quam profuſis laudibus, quæ opes ſunt doctorum hominum, exceptus olim fuerit meus de Nummis rarioribus & præſtantioribus liber, quam avide ab omnibus arreptus, ita ut jam ne unum quidem venale exemplar inveniri poſſit: viſum eſt flagitanti enixius Bibliopolæ non eſſe negandum, ut iterum illum excudere, & accedentibus ſecundis meis curis ſane non infelicibus, locupletare poſſet. Igitur ecce Tibi de veteri pene novum opus, in quo, quæ habeas obſervanda, paucis accipe.

Primum quidem noli expectare, ut quod faciebam olim ſedulo, appellem ubique illos, quorum e Cimeliis nummi, quos profero, prodierint. Eorum enim pars maxima, proh dolor! exceſſit e vivis, quodque longe miſerius eſt, dives eorum Gaza nummaria ad eos heredes pervenit, qui gloriam illam omnem, quam inde eruditi colligunt, præſentis pecuniæ utilitate bene redemptam eſſe crediderunt. Hac ſorte præclarum Cardinalis Maximi Cimelium, & inſigne Muſeum Abbatis Braceſii tranſiit alienas in manus, ſed aliqua tamen prioris gloria, quum Svecorum Reginæ in Gazam aliquot illuſtriores nummi deportati ſint, ſed nec ibi conſiſtere diu licuit. Quum enim eſſe deſiit in vivis, quæ vivere ſemper debuerat Regina Eruditiſſima, iterum apud Azzolini Cardinalis heredes ſub haſta eſſe cœperunt, & venum exponi. Dolet Patavium, dolet Bononia expoſitas haud nobiliore fato, hæc Cardinalis Boncompagni, illa Comitis a Lazara opes nummarias. Quo modo igitur nummos tot varios caſus expertos, aut indicare certo poſſemus ipſi, aut, Tu LECTOR curioſe, invenire? Præſtat ſane quos noſtræ tantum fidei teſtes adduximus, eos tibi in nova iſta collectione in perpetuum contemplandos offerre, quam curam tuam tot in diverſa loca diviſam, inani ſtudio fatigare.

II. Se-

II. Sectati non ſumus copiam, ſed præſtantiam. Igitur ſelectiſſimi tantum a nobis deſcripti prodeunt, ac plerique hiſtoricis monumentis illuſtres; quod ſi eorum in libris, qui hanc Spartam adornarunt, alii inſignes occurrent, qui inter noſtros non reperientur, cauſſa erit quod nullum ex iis ullibi reperire licuerit, in tota præſertim Italia, veterum ejuſmodi elegantiarum parente, quam tamen duodecies peragravimus. Eos igitur tanquam adulterinos, novaque manu exaratos non temere ſuſpicamur: quamvis enim vetus ſit, ex quo ſunt conflati, metallum, ideoque oculos facile deludit, præſertim cum a peritiſſimo artifice typus eſt elaboratus; ſi tamen Cæſarum ævo percuſſi eſſent, haud dubie aliquot ſaltem in tanta aliorum copia occurrerent, quum e contra vix unus ſuperſit apud minus peritos, quem ipſi miraculum, nos mendacium appellamus.

III. Neque vero pudebit hic fateri, quod nobis nondum contra fraudes tam bene inſtructis contigit ante annos ſeptemdecim. Vidimus in Regia Gaza nummum Juliæ Piæ cum templo quatuor columnis ſuffulto, hac epigraphe CERES: eum credidimus probatæ fidei, adeo erat eleganter ad antiquorum normam cælatus: verum cautiores longo uſu facti adulterinum eſſe deprehendimus, adeoque ne cui fraudi ſit, indicandum duximus bona fide.

IV. Fuerat hoc noſtrum conſilium in priori editione, ut noſtra Collectio augeret, & locupletaret eam, quam olim Adolphus Occo Medicus Auguſtanus ediderat, cujus liber nec accuratus erat, nec ſatis obvius. Verum occupavit hanc operam octo abhinc annis Comes Mediobarbus Papienſis, additis ad Occonem innumeris nummis, qui ejus diligentiam fugerant. Atque utinam non tantum quoſcunque colligere potuit, referre, ſed & ſuſpectos atque fictitios a veris ac legitimis ſeparare ſtuduiſſet: feciſſet enim rem

& gra-

& gratiſſimam eruditis, & tyronibus oppido neceſſariam. Quis enim ferat v.g. quum tres tantum typi in genuinis Didii Juliani nummis occurrant, viginti velut diverſos a Mediobarbo exhiberi? Spem quidem fecit nobis ex amicis non nemo, alteram editionem aliquando prodituram longe caſtigatiorem; interim in noſtro iſto opere prodibunt quamplurimi Mediobarbo hactenus incogniti, nobis autem ex iterata Italicorum Cimeliorum, aliorumque inſpectione deprehenſi.

V. Non fuit ea noſtra mens, ut ad chronologicum ordinem nummos collocaremus, Occonis exemplo; quod quam belle illi ſucceſſerit, non eſt hujus loci inveſtigare: tantum fuit in animo edocere ex iis nummis, unde ſeries variæ componi in Abaco ſolent, qui eſſent præſtantiores, & rariores, ideo illos in ſua metalla diviſimus. Ærei licet ex variis ſuis formis quatuor in claſſes diſtribuantur, revocantur ad duas, alteram primæ magnitudinis, alteram mediæ. Nam qui dicuntur eſſe maximi moduli, quos Itali vocant *Medaglioni*, tam rari ſunt, ut ne Principes quidem viri, quantovis ſumptu infectam ex iis ſeriem texere potuerint. Ex iis quotquot venere noſtras in manus, eos tibi unum ſub aſpectum ſimul collectos offerimus.

Ejuſmodi nummi mole, cælatura, raritate ceteris longe ſuperiores, non erant monetæ loco, ut ceteri omnes, ſed ut nunc fit, numerabantur inter numiſmata, quibus conſignabantur res præclare geſtæ, quæque amicis aut exteris munificentia Principis diſtribuebantur. Fuiſſe quidem id Auguſto in more poſitum teſtatur Suetonius tempore Saturnalium. *Etſi aliquando alias libuiſſet, modo munera dividebat, veſtem, & aurum, & argentum: modo nummos omnis notæ, etiam veteres, Regios, & peregrinos*. Rariſſimi nihilominus ſunt, qui eo imperante percuſſi habentur, niſi forte

in

in coloniis; ne enim plures Romæ cuderentur, obſtitiſſe videtur Senatus, cui æreæ monetæ poteſtas, velut antiquæ libertatis umbra relicta fuerat: unde credo factum, ut duodecim Cæſarum tempore ejus ordinis ſeu nota, ſeu conſenſus fere ſemper adponatur S.C. Quæ nota, quum in Hadriani nummis deſinere incipit, videtur is cælandorum illorum jus totum ſibi tandem adſciviſſe, quorum ampliſſima ſupra anteriores Principes copia extat.

Superavit Hadrianum Antoninus Pius nummorum iſtorum multitudine, ut veterem totam hiſtoriam in iis renovare velle viſus ſit. M. Aurelius, & L. Verus ſua illis egregia facta conſignarunt. Commodus gloriæ avidus ad inſaniam, innumeros omnis generis cudi juſſit, quod quam parum ſibi probaretur, Severus teſtatus eſt, paucis admodum percuſſis. Patris exemplum ſecuti ſunt Caracalla & Geta, imo & Elagabalus. At Alex. Severus, qui monetæ Reſtitutor dictus fuit, revocare viſus eſt antiquatam illam magnificentiam, quæ ſuccedentibus bellis ſenſim conſeneſcens, revixit Gordiani III. tempore, & ad tempus uſque Gallieni propagata eſt. Ab eo ad Conſtantini M. liberos mos invaluit, ut inito ſtatim imperio ſinguli majores ejuſmodi nummos cudi curarent, quorum ars, & elegantia deinceps ſic defloruit, ut vix ferri ab eruditis oculis ſine faſtidio poſſint, præſertim qui poſt Anaſtaſii tempora prodiere.


Porro ſi in iſtis videmur diutius immorati, da veniam Lector Æquiſſime, quum intelliges neminem hactenus ante nos ejuſmodi in argumento verſatum eſſe. Unum addam nummos primæ magnitudinis, cum poſt Gallieni tempora non occurrant, ſatis indicare nobis abrogatam a Claudio Gothico Senatui poteſtatem æreæ monetæ cudendæ, eodemque tempore eadem facultate privatas eſſe Græcas urbes,

bes, Colonias, & Municipia, quæ illa fruebantur: manſit igitur penes ſolos Imperatores jus illud totum; ſed eorum incuria, & Monetariorum imperitia, eo ſenſim omnia rediere, ut cum barbara illa cælatura deformati nummi, neque Principum vultus, neque eorum præclare geſta exprimerent, nullo amplius eruditis adjumento, nulloque apud eos in pretio fuerint.



JUL.

Digitized by Google



JUL. CÆSAR, oppreſſa libertate Romana, Imperii fundamenta ſtabilire cogitans, inter cæteros honores ſibi à Senatu decretos, lauream, & ut pecunia, imagine ſua ſignaretur, accepit, cujus tamen nulli ex ære nummi, eo dominante percuſſi, nobis ſuperſtites ſunt, ſed ejus memoriæ ab Auguſto ſucceſſore reſtituti. Omnes ſunt ex ære magno, triti, & vulgares.

* *Extant etiam ex ære medio, cum capite Auguſti in altera parte, & epigraphe* CAESAR DIVI F. *quemadmodum in ære magno; & rari ſunt. Duos in ſuas manus perveniſſe affirmat Franciſcus Ficoronus.*

D. IVLIVS. Caput Julii laureatum.
Dimidia navis, ſine epigraphe.
Hic nummus primæ magnitudinis, raritate, & elegantia inſignis eſt.

DIVOS IVLIVS. Caput Julii laureatum.
CAESAR. DIVI. F. Caput Auguſti, ſine corona.
Hic nummus primi moduli obvius eſt, niſi eximiæ cælaturæ.

Digitized by Google



AUGUSTUS ab avunculo Julio Cæſare adoptatus, Conſulibus ad Mutinam occiſis, per vim adacto Senatu, ſe Conſulem fecit. Cum Lepido, & M. Antonio Imperium Romanum diviſit; illo ob negligentiam ſuam ad privatum ſtatum redacto; altero armis ſuperato, & occiſo; ſolus rerum potitus eſt. Ejus nummi primæ formæ rari ſunt; mediocres obvii.

* CAESAR. Caput nudum Auguſti.
M. AGRIPPA. Caput Agrippæ. Navis prætoria dimidia cum turri, in qua Victoria ſtans lauream coronam ad malum protendit. Ad navis latus Crocodilus.
(1) *Hic nummus primi moduli rariſſimus, & præſtantiſſimus eſt.*

CAESAR. AVGVST. PONT. MAX. TR. P. Caput Auguſti laureatum.
AVGVSTA. MATER. PATRIAE. figura muliebris capite velato ſedens, dextra pateram, ſiniſtra haſtam gerens.
Hic nummus primæ magnitudinis rariſſimus eſt.

AVGVSTVS. In corona, lauro & roſtris compoſita.
Hic nummus primæ formæ mole, & integritate rarus eſt.

Ea-

(1) In Muſeo D. Apoſtoli Zeno.

Digitized by Google

Eadem epigraphe. Capricornus, ſupra cujus dorſum cornucopiæ.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis in rariorum numero deſcribendus.

DIVOS IVLIVS. Caput Julii laureatum.
Hic nummus primæ magnitudinis, quando cælaturæ elegantis eſt, inter raros habetur.

In corona laurea.
Hic nummus primi moduli non obvius eſt, præſertim quando mole inſignis eſt.

IOVI. DEO. Templum quatuor columnarum, in conum deſinens.
Hic nummus medii moduli perrarus eſt.

ROM. ET AVG. Ara, ſeu templum cum duabus victoriis, hinc & inde cippo impoſitis.
Hic nummus primæ formæ inter raros habetur, mediæ obvius & frequens.

* S. C. Templum Apollinis Palatini, formæ rotundæ pluribus columnis ſuffultum, ad quod tribus gradibus aſcenditur, in cujus vertice ſimulacrum; hinc, inde duæ baſes, quarum uni ad dexteram taurus impoſitus, alteri ad lævam aries.
(1) *Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt.*

S. C. Templum Martis plurimis columnis ſuffultum, hinc, & inde aries, baſi impoſitus.
Hic nummus primi moduli rarus, ſecundi tritus. * (2) *Secundi non obvius.*

* DIVVS. AVGVSTVS. PATER. Caput Auguſti radiatum.
S. P. Q. R. Quatuor equi currum trahentes ſiniſtrorſum ædiculæ ſimilem in conum deſinenti, & duabus victoriolis ornatæ, ſupra quam Aquila legionaria: in imo S. C.
(3) *Hic nummus primæ magnitudinis, eximiæ cælaturæ, & raritatis eſt.*

A 2 Ea-

(1) Apud Franciſcum Ficoronum.
(2) Ex Franciſco Palatio.
(3) In Muſeo D. Apoſtoli Zeno.

* Eadem epigraphe. Caput Auguſti laureatum.
Sine epigraphe. Area nummi eſt bifariam diſtincta, per lineam tranſverſam. In parte ſuperiore Auguſtus ſagatus, capite radiato ſtat a fronte in medio, dextra elata, ſiniſtra haſtam tenens, ad pedes aquila: A dextris figura muliebris ſedens ex adverſo, ſiniſtra cornucopiæ, dextra lateri admota: a ſiniſtris alia figura muliebris ex adverſo ſedens, dextra haſtæ innititur, læva clypeum gerit: pro pedibus duo captivi decumbentes, & lugentes. In parte inferiore areæ nummi, duæ figuræ viriles ex adverſo jacentes, quarum alteri hippopotamus, alteri marinum monſtrum aſſident.
(1) *Hic nummus primæ magnitudinis inter præſtantiſſimos, & rariſſimos recenſendus.*

* C. GALLIVS LVPERCVS III. VIR A. A. A. F. F. In area nummi S. C.
(2) *Hic nummus cum duplici circulo ex eodem metallo, magnitudinem maximi moduli fere attingens inter rariſſimos numerandus.*

M. LVRIVS AGRIPPA III. VIR. A. A. A. F. F. In area nummi S. C.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores recenſendus.

M. MAECILIVS TVLLVS III. VIR. A. A. A. F. F. ut ſupra.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt.

C. PLOTIVS RVFVS III. VIR. A. A. A. F. F. ut ſupra.
Hic nummus primi moduli inter rariores reponendus eſt.

M. SALVIVS OTHO III. VIR. A. A. A. F. F. ut ſupra.
Hic nummus primi moduli, ejuſdem eſt raritatis.

VOLVS. VALER. MESSALA. III. VIR. A. A. A. F. F. In area S. C.
Hic nummus mediocris formæ inter monetarios ſecundi moduli rarus eſt.

TI. CAESAR AVG. F. AVGVSTVS. Caput Tiberii.
Hic nummus mediæ formæ rarus eſt.

* DIVO AVGVSTO S. P. Q. R. Quadriga Elephantorum cum ſuis ducibus, in qua Imperator ſedet capite radiato, dextra ramum, ſiniſtra haſtam.

TI.

(1) In Muſeo D. Apoſtoli Zeno. (2) Apud Antonium Borionum.

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXXVII. In area S. C.

(1) *Hic nummus primæ magnitudinis rarus eſt.*

* Eadem epigraphe. Quadriga Elephantorum, ut ſupra.

IMP. T. CAES. DIVI VESP. F. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII. REST. In area S. C.

(2) *Hic nummus primæ magnitudinis rarior eſt ſuperiore.*

* DIVVS AVGVSTVS PATER. Simulacrum Auguſti ſedentis, dextra extenſa ramum geſtat, ſiniſtra haſtæ innititur.

IMP. T. CAES. DIVI. VESP. F. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII. REST. circa ambitum: in area S. C.

(3) *Hic nummus primi moduli inter rariores collocandus.*

IMP. T. VESP. AVG. REST. Globus, ſuper quem temo.
Hic nummus ſecundi moduli inter reſtitutos à Tito Veſpaſiano rarus eſt.

IMP. D. CAES. AVG. REST. Victoria gradiens dextra clypeum, in quo S. P. Q. R.
Hic nummus mediocris formæ inter reſtitutos à Domitiano pro elegante habendus.

IMP. NERVA . CAESAR . AVGVSTVS . REST. In area nummi S. C.
Hic nummus primæ magnitudinis inter raros recenſetur.

IMP. NERVA CAES. AVG. Aquila alis expanſis globo inſiſtit.
Hic nummus inter reſtitutos ſecundæ magnitudinis ab Imp. Nerva inſignis eſt.

* IMP. NERVA CAES. AVG. REST. S. C. Ara, ſive Templum.

(4) *Hic nummus mediæ formæ rarus eſt.*


* IMP. NERVA CAES. AVG. REST. S. C. Fulmen.

(5) *Hic nummus mediæ formæ inter raros collocandus.*

So-

(1) Ex Franciſco Palatio.
(2) Ex eodem.
(3) In Muſeo D. Apoſtoli Zeno.
(4) Ex Franciſco Palatio.
(5) Ex eodem.

Digitized by Google




Soli Agrippæ, ſine Cæſaris, aut Auguſti titulo, numiſmata Senatuſconſulto percuſſa ſunt, ſed ex ære tantum mediocri: quæ etiam in tanti viri, & Auguſti generi memoriam à Veſpaſiani filiis reſtituta. Hæc obvia ſunt.

M. AGRIPPA. L. F. COS. III. Caput Agrippæ corona roſtrata inſigne.
IMP. T. AVG. REST. Neptunus ſtans, dextra Delphinum ſuſtinens, læva tridentem gerit.
Hic nummus mediocris formæ rarus eſt.

IMP. D. AVG. REST. Typus idem.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis à Domitiano reſtitutus, rarior eſt, quam à Tito.


CA-



CAJUS, Agrippæ, & Juliæ Auguſti filius, ab avo adoptatus, ab ipſo, puerili prætexta nondum poſita, Princeps juventutis, & Conſul deſignatus, in Armeniam dimiſſus eſt; in Syria conſulatum accipit, tandem in colloquio, [ad quod eum pellexerat Addus, qui Artageram tenebat, tamquam arcani aliquid dicturus] vulneratus, Romam rediens, obiit in Lycia. Ejus nummi ſunt ex ære medio, inter rariſſimos collocandi.

C. CAESAR. PONT. COS. Caput Caji ſine corona.
AVGVST. PONT. MAX. Caput Auguſti laureatum.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis perrarus eſt.

L. CÆ-




L. CÆSAR, Cajo fratre junior, Princeps etiam juventutis appellatus, in Hiſpaniam Proconſul ab Auguſto miſſus, Maſſiliæ quinquaginta diebus ante fratris obitum extinctus eſt. Incertum, an morbo, an Liviæ dolis, & veneno. Ejus nummi ex ære mediocri ſunt rariſſimi.

L. CAESAR. AVG. F. PRINC. IVVENT. Caput Lucii Cæſaris ſine corona.
AVGVST. TRIB. POT. PONT. MAX. Caput Auguſti laureatum.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis rariſſimus eſt.

C. ET L. CAESARES AVG. F. COS. DESIG. PRINC. IVVENT. Capita adverſa Caji, & Lucii.
CAESAR. AVGVSTVS. Caput Auguſti laureatum.
Hic nummus mediocris formæ, inter rariores habendus.

TI-



TIBERIUS, poſt extinctos Cajum & Lucium Cæſares, Julia eorum matre, illi in uxorem, ab Auguſto tradita; ab eo adoptatus, imperio ſucceſſit. Multarum virtutum capax, omnium vitiorum compos, Miſeni in villa Lucullana admodum ſenex deceſſit, anno Imperii vigeſimo tertio. Ejus nummi primæ formæ rariſſimi ſunt: mediocres obvii.

TI. CAESAR. AVGVST. F. IMPERATOR. V. Caput Tiberii laureatum.
CERES. Figura muliebris ſedens dextra ſpicas.
Hic nummus primæ magnitudinis, eximiæ raritatis, & elegantiæ eſt.

CLEMENTIAE. Clypeus, in quo caput quoddam.
*Hic nummus primi moduli, mole inſignis, inter rariſſimos computandus eſt. * Secundi moduli non obvius eſt.*

DIVVS. AVGVSTVS. PATER. Caput Auguſti radiatum.
Hic nummus primæ, & mediæ formæ rarus, & inſignis eſt. Diverſæ ſunt epigraphe.

DRVSVS. CAESAR. TI. AVG. F. Caput Druſi ſine laurea.
Hic nummus mediæ formæ eximiæ raritatis, & elegantiæ eſt.

MODERATIONI. Clypeus, in quo caput quoddam.
Hic nummus, primæ formæ, magni eſt pretii, & raritatis.
* *Secundæ formæ non obvius.*

ROM. ET AVG. Ara cum victoriis, hinc & illinc cippo impoſitis, ut in Auguſto.
Hic nummus primæ magnitudinis rariſſimus, mediæ obvius eſt.

PONT. MAX. COS. III. IMP. VII. TR. POT. XX. Caduceus alatus inter duo cornucopiæ; diverſæ ſunt epigraphæ.
Hic nummus primi moduli, & mole ſpectabilis, inter rariores numerandus eſt, ſecundi frequens.

* TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXXVII. In area S. C.
Abſque epigraphe. Quadriga triumphalis vacua.
(1) *Hic nummus primi moduli rarus eſt.*

* Eadem, ut ſupra.
Sine epigraphe. Templum pulcherrimum ſex columnarum cum Porticibus, pluribus ornatum ſtatuis, in cujus medio una inſidens aræ.
(2) *Hic nummus primæ magnitudinis rarus, & elegans eſt.*

* IMP. T. CAES. DIVI VESP. F. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII. REST. In area S. C.
CIVITATIBVS ASIAE RESTITVTIS. Imperator ſedens, dextra pateram, ſiniſtra haſtam.
(3) *Hic nummus primi moduli inter rariores recenſendus.*


IMP. T. in aliis, D. CAES. DIVI. VESP. F. AVG. REST. In area nummi S. C.
Hic mediocris nummus rarior eſt à Domitiano, quam à Tito reſtitutus.

IMP. T. CAES. DIVI. VESP. F. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII. RESTITVIT.
Cum duplici circulo. In area nummi S. C.
Hic nummus, ſecundæ magnitudinis, ſuperioribus elegantior eſt.

DRU-

(1) Ex Franciſco Palatio. (2) Ex eodem. (3) Ex eodem.

Digitized by Google




DRUSUS, Tiberii ex Agrippina filius, patris vitiorum hæres, mortuo Germanico, tribunitiam poteſtatem cum patre accepit, natis ei ex Livilla uxore duobus gemellis, at in ſecunda, Sejani artibus, & uxore conſcia, veneno extinctus eſt. Ejus nummi ex ære mediocri nobis ſuperſunt, qui & obvii.

DRVSVS. CAESAR. TI. AVGVST. F. Caput Druſi.
TI. CAESAR AVGVST. F. AVGVSTVS. Caput Tiberii ſine laurea.
Hic nummus primæ magnitudinis, eximiæ raritatis, & elegantiæ eſt.

DRVSVS. CAESAR. TI. AVG. F. DIVI. AVG. N. Caput Druſi ſine laurea.
IMP. T. CAES. DIVI. VESP. F. AVG. REST. In area nummi S. C.
Hic nummus, mediocris formæ, rarus eſt, ſed duplicato circulo, ut & à Domitiano reſtitutus, rarior habetur.

Tiberii Druſi F. Cæſaris nummus à Com. Mediobarbo ex muſeo D. Feſchii pag. 76 cuſus, falſus eſt; eum contrectavimus, ad Tiberium avum ſpectat, in quo pro IMP. V. ſuppoſita eſt vox NEP.

Digitized by Google



Uni Agrippæ ſine Cæſaris titulo nummos Senatuſconſulto percuſſos ſupra obſervavi; nunc Druſum Neronem Tiberii fratrem ſine hujus dignitatis nomine profero; ſed norunt nummariæ ſuppellectilis ſtudioſi, illos, memoriæ Druſi, à Claudio Imp. ejus filio ſignatos, & à T. Veſpaſiano reſtitutos. Ejus nummi, primæ tantum magnitudinis reperiuntur, qui nec obvii, nec rari ſunt habendi.

NERO. CLAVDIVS. DRVSVS. GERMANICVS. IMP. Caput Druſi ſine laurea.

TI. CLAVDIVS CAESAR. AVG. P. M. TR. POT. IMP. Nero Claudius togatus ſedet in ſella curuli inter armorum ſpolia poſita, dextra ramum, ſiniſtra chartam involutam.

Hic nummus primi moduli nec obvius, nec rarus eſt.

S. C. ſine epigraphe. Figura muliebris dextra florem trifidum, læva veſtem ſublevans.

Hic nummus primi moduli, licet forſan errore monetarii à nummo Claudii mutuatus, inter raros habendus.

IMP.

Digitized by Google

IMP. CAES. T. DIVI. VESP. F. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII.
REST. Arcus triumphalis pulcherrimus.
Hic nummus primæ formæ, ſingularis, & eximiæ raritatis eſt.

IMP. CAES. T. DIVI. VESP. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII.
In medio nummi REST. S. C.
Hic nummus primæ formæ in theſauro Patini, ſi legitimus eſt, inter rariſſimos eſt collocandus.

* Eadem epigraphe. Figura ſedens in ſella curuli inter armorum ſpolia poſita, dextra ramum.
(1) *Hic nummus primæ formæ rariſſimus eſt.*


CAESAR. AVG. F. DOMITIAN. COS. V. REST. Arcus, ut ſupra, in cujus periſtylio DE GERM.
Hic nummus primi moduli inſignis eſt præſtantiæ & raritatis.

Obſervandum eſt, in nummis æreis Druſi Neronis caput ſine corona reperiri, in argenteis vero, & aureis laurea inſignitum eſſe.



AN-

(1) Ex Franciſco Palatio.




ANTONIA M. Agrippæ & Octaviæ ſororis Auguſti filia, Druſi Neronis uxor, à Cajo Imperatore ejus nepote, Auguſtæ titulo cohoneſtata, amore ejus in odium converſo, æreos non obtinuit nummos, qui tamen à Claudio ejus filio, illius memoriæ percuſſi ſunt. Omnes ex ære medio, & quidem obvii, inſpiciuntur.

ANTONIA . AVGVSTA. Caput Antoniæ.
TI. CLAVDIVS . CAESAR . AVG. P. M. TR. P. IMP. Figura ſacerdotis velata ſtans, dextra ſimpulum gerens.
Hic nummus mediæ formæ, ſolus in Antonia obſervatur. Qui etſi frequens & vulgaris, in ſerie tamen neceſſarius eſt.

Antoniæ nummus in priore editione ſignatus, argenteus eſt, & non æreus in Gaza Medicea.

GER-

Digitized by Google



GERMANICI nulla, licet Cæſaris, & de Germanis triumphantis, numiſmata Senatuſconſulto, cum capite expreſſa videmus: Hæc à Caligula filio, & à Claudio fratre, ejus memoriæ percuſſa ſunt, à Tito, & Domitiano reſtituta, primæ formæ rariſſima, mediæ obvia, & vulgaria ſunt.

GERMANICVS. CAESAR. TI. AVG. F. DIVI. AVG. N. Caput Germanici ſine laurea.

TI. CLAVDIVS. CAESAR. AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P. In area S. C.

Hic nummus primæ magnitudinis, ſummæ raritatis & elegantiæ eſſet, niſi ſuſpectus Antiquariis haberetur.


IMP. DOM. CAES. DIVI. VESP. F. AVG. REST.

In medio nummi S. C.

Hic nummus mediæ formæ, rarior eſt, quàm à Tito reſtitutus.

Ra-

Digitized by Google



Rariſſima ſunt Germanici ex ære magno numiſmata; nulla Agrippinæ ejus uxoris, mediocris formæ obſervantur. Caligula ejus filius, Tiberio ampliſſime funerato, confeſtim Pandatariam inſulam, ad transferendos matris cineres, feſtinavit, cui Circenſes, & Carpentum, quo in pompa traduceretur, inſtituit. Ejus nummi frequentes & obvii.

AGRIPPINA. M. F. MAT. C. CAESARIS. AVGVSTI. Caput Agrippinæ.
S. P. Q. R. MEMORIAE. AGRIPPINAE. Carpentum à mulis vectum.
Hic nummus primæ formæ non obvius eſt.

IMP. T. DIVI. VESP. F. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII. In area nummi REST. S. C.
Hic nummus primæ magnitudinis, inſignis eſt, & ſingularis elegantiæ.

CA-



CALIGULA Germanici ex Agrippina filius, à Tiberio Capreas vocatus, puerili prætexta donatus, Augur factus eſt. Matre in exilium miſſa, Liviæ domum ſe recepit; à Tiberio adoptatus, ei in Imperio ſucceſſit, tyrannide omnibus exoſus, à Caſſio Cherea & aliis, anno quarto imperii trucidatus eſt. Ejus nummi præſertim mediocres, triti, primæ formæ non obvii ſunt.


C. CAESAR. AVG. GERMANICVS. PONT. MAX. TR. P. Caput Caji laureatum.
ADLOCVT. COH. Imp. togatus, adloquitur milites.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt.

AGRIPPINA. DRVSILLA. IVLIA. Tres figuræ muliebres.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores habetur.

DIVO. AVG. Tres figuræ ſacrificantes coram templo.
Hic nummus cum capite Caligulæ eximiæ raritatis eſt. * *niſi falſus ſit, quum apud Antiquarios gravi ſuſpicione laboret.*

* *Dum nummos Muſei Barberini in ordinem redigerem, incidi in hunc nummum mediæ formæ plane ſingularem.* (*Franciſcus Ficoronus*)
DIVA DRVSILLA C. CAESARIS AVG. Caput Druſillæ.
IVLIA DRVSILLA C. CAESARIS AVGVSTI. Caput exiguum cornucopiæ inſiſtens.

Digitized by Google



CLAUDIUS, occiſo Caligula ejus nepote, ad imperium raptus eſt à militibus, ætate jam provectus; vir natura ſævus, ad omnia tamen pavidus, Libertorum arbitrio gubernans, Britannicum filium Neroni poſtpoſuit Agrippinæ uxoris artibus, quibus & veneno necatus eſt anno decimo quarto Imperii. Ejus nummi frequentes, & triti.

TI. CLAVD. CAES. AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. Caput Claudii laureatum.
DE GERMANIS. Duo clypei cum vexillo, & aliis ſignis militaribus.
Hic nummus primæ magnitudinis ſingularis eſſet, & eximiæ raritatis, niſi ſuſpectus haberetur.

NERO. CLAVDIVS. DRVSVS. GERMAN. IMP. Arcus triumphalis cum ſtatua equeſtri, & Germanorum ſpoliis.
Hic nummus primi moduli rarus eſt.

SPES. AVGVSTA. Figura muliebris ſtans, dextram porrigit figuræ militari, duabus aliis ſubſequentibus.
Hic nummus primæ magnitudinis rariſſimus eſt.

S. C.

Digitized by Google

S. C. ſine epigraphe. Figura Palladis, galeato capite ſtans, dextra clypeum, læva telum.
Hic nummus primæ formæ inter raros recenſeri debet, quaſi typus inſolitus.

IMP. T. VESP. P. AVG. REST. Spes dextra florem trifidum, ſiniſtra veſtem ſublevans.
Hic nummus primi moduli inter rariores collocatur.

Eadem epigraphe. Figura muliebris capite velato ſedens, dextra ſpicas, ſiniſtra tædam ardentem.
Hic nummus mediocris formæ rarus eſt.

Eadem epigraphe. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra florem trifidum, læva veſtem ſublevans.
Hic nummus, & alii à Tito reſtituti, pro raris recenſentur.


Notandum nummos æreos reperiri cum corona laurea, in quibus S. C. *ſignatur, Romæ tamen non eſſe percuſſos, ſed Antiochiæ, ut diximus in libro noſtro de Coloniis.*

* *Qui Antiochiæ percuſſi ſunt, ſunt omnes ex ære medio.*

Comes Mediobarbus inter Romanos nummos Neronem in averſa parte Claudii exhibet, ſed hic in Coloniis cuſus eſt, ut in Patrenſi ejus liberos, quos etiam Romanis adjecit, ſignatos docuimus.

Monendus etiam Lector inſcriptiones Aquæ Claudiæ in nummis hujus Imperatoris nova manu eſſe aratas.

Digitized by Google



AGRIPPINA Germanici filia, Neronis mater, Claudio patruo nupta, Auguſtæ nomen mox conſecuta eſt, immodicæ ambitionis fœmina, quæ, cum ingentem regnandi pruritum compeſcere non poſſet, filii juſſu interempta eſt. Prima ex Auguſtis æreos nummos à Senatu obtinuit, ſed rariſſimi ſunt.

AGRIPPINA AVG. GERMANIC. F. CAESARIS AVG. M. Caput Agrippinæ.
S. C. Sine epigraphe. Figura muliebris ſedens, dextra ſpicas gerens.
Hic nummus primæ formæ raritate & integritate præſtantiſſimus eſt.

S. C. Sine epigraphe.. Arcus triumphalis.
Hic nummus primæ magnitudinis, ſingularis elegantiæ, & raritatis eſt, apud quoſdam tamen dubiæ fidei habetur.

NE-

Digitized by Google



NERO matris artibus ad imperium, anno decimo ſeptimo evectus, primis quidem [annis] ſummo Senatus, populique Romani applauſu ſe geſsit; ſubſequentibus vero, totus immutatus, crudelis, tyrannus, hoſtis nominis Romani judicatus extremo ſupplicio damnatus eſt, quod ferro, jugulo adacto, declinavit anno imperii decimo quarto. In eo, extincta eſt Juliorum familia. Ejus nummi vulgares, & obvii.

NERO CLAVD. CAES. AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P. Caput Neronis laureatum.
ADLOCVT. COH. Nero togatus ſtans in ſuggeſtu, figura aſſiſtente pariter togata, adloquitur cohortes.
Hic nummus primæ magnitudinis, inter rariores recenſetur.

ANNONA AVGVSTI CERES. Fortuna ſtans, ſiniſtra cornucopiæ, ante quam ſedet Ceres, capite velato, cum face accenſa, intermedia navis prora.
Hic nummus primi moduli obvius & vulgaris, ſecundi rariſſimus eſt.

CON-

CONGIAR. DAT. POP. Nero togatus, adſiſtentibus aliis figuris, in ſubſtructione ſedens, diſtribuit congiarium.
Tria Neronis Congiaria obſervantur in nummis, primum ſecundo rarius eſt, tertium vero rariſſimum. Cuncta ſunt primæ magnitudinis.

DECVRSIO. Duo ſunt cum hac epigraphe typi, unus cum duabus figuris decurrentibus; alter cum ſolo equite, præcurrente ſignifero, & milite ſubſequente.
Hic nummus poſterior, altero rarior eſt.

MAC. AVG. Ædificium pulcherrimum.
Hic nummus ſecundi moduli obvius, primi rariſſimus eſt.


PACE P. R. TERRA MARIQVE PARTA IANVM CLVSIT.
Roma ſpoliis inſidens dextra coronam, ſiniſtra ſupra parazonium.
Hic nummus mediocris inter rariſſimos collocandus: cum ſolito Jani Templo obvius eſt.

PORT. AVGVSTI. In aliis, PORT. OST. AVGVSTI. Portus, in cujus medio plurimæ naves, cum fluvio decumbente.
Hic nummus primæ formæ, inter rariores habendus, ſed mediocris, apud D. Dron. D. *Thomæ ad Luparam Canonici rariſſimus eſt.*

S. C. Arcus, ſine epigraphe, ſupra quem quadrigæ, cum victoriolis.
Hic nummus primæ magnitudinis obvius eſt, ſecundæ rariſſimus.

Omnes nummi cum S. C. *in laurea rudis fabricæ, non Romani ſunt, etiam ſi latina epigraphe gaudeant.*

GAL-



GALBA, ad ſublevandam Rempublicam, Neronis tyrannide oppreſſam, in Hiſpania à militibus electus eſt, favente Senatu, ſed paulo poſt crudelitate, avaritia, animi imbecillitate, in ſe Prætorianorum conſpirationem concitavit, qua trucidatus eſt in foro Romano, Othone promovente: dignus imperio, niſi imperaſſet. Ejus nummi ex ære vulgares, & obvii.

IMP. SER. SVLP. GALBA. CAES. AVG. TR. P. Caput Galbæ laureatum.
ADLOCVTIO. Imperator paludatus, ſtans in ſuggeſtu, adſiſtente figura militari, adloquitur cohortes.
Hic nummus primæ magnitudinis rariſſimus eſt.

AVGVSTA. Figura muliebris capite velato ſedens, dextra pateram, ſiniſtra haſtam puram.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt.

HISPANIA. CLVNIA. SVLP. Imperator paludatus ſedens; ſiniſtra parazonium, dextra victoriam accipit à figura muliebri ſtante, læva cornucopiæ gerente.
Hic nummus primi moduli raritate, & elegantia inſignis eſt.

HO-

Digitized by Google

HONOS. ET. VIRTUS. Duæ figuræ ſtantes, una haſtam dextra, cornucopiæ læva; altera galeata, dextra parazonium, ſiniſtra haſtam gerens, pede dextro galeæ impoſito.
Hic nummus primi moduli pro raro adſcribitur.

LIBERTAS. RESTITUTA. Imperator togatus ſtans, ad cujus pedes figura muliebris procumbit, tertia galeata adſiſtente, ſiniſtra clypeum gerente.
Hic nummus primæ formæ paululum detritus, inter rariſſimos tamen reponendus.

LIBERT. RESTIT. Mulier genuflexa puerulum dextra gerens, quem Galbæ paludato ſtanti porrigit.
Hic nummus primi moduli inter rariſſimos locandus.

LIBERTAS. XL. R. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra pileum, ſiniſtra haſtam puram.
Hic nummus primæ magnitudinis, cum his litteris XL. R. QUADRAGESIMAE REMISSAE, *exactionis abolitionem denotantibus, rarus eſt, ſed ſecundæ rariſſimus.*

MARS. VICTOR. Mars ſtans dextra haſtam, ſiniſtra trophæum.
Hic nummus primi moduli rarus eſt.

QUADRAGENS. REMISSAE. Arcus, ſupra quem quadrigæ triumphales, tres figuræ nudæ, manibus poſt terga revinctis ad arcum properant, quas figura baculo elato inſequitur, quod in nummo integerrimo obſervandum.
Hic nummus mediæ formæ inter rariſſimos locandus.

REMISSAE XXXX. Arcus, aut porticus ſine figuris.
Hic nummus primi moduli integerrimus, ſingularitate & præſtantia inſignis eſt.

ROMA. XL. R. Roma galeata ſtans, dextra globum, cui victoriola impoſita eſt, ſiniſtra ſignum militare.
Hic nummus primæ magnitudinis, cum ſimilibus QUADRAGESIMAE *notis, inter rariores habetur.*

RO-

Digitized by Google

ROMA. RENASCENS. Figura galeata gradiens, dextra globum inſiſtente, ut ſupra, victoriola, læva haſtam.
Hic nummus primæ formæ pro raro collocatur.

ROMA. RESTIT. Imp. paludatus ſtans manum porrigit Romæ galeatæ genuflexæ, ſin. puerulum gerenti.
Hic nummus primæ formæ rariſſimus eſt.

S. C. Vir nudus ſtans dextra ſubmiſſa, ſiniſtra innixa baculo, cui involutus eſt ſerpens.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores habendus.

* S. C. Figura juvenilis, facilè Apollinis, dextra pateram, ſiniſtra ſerpentem baculo circumvolutum.
(1) *Hic nummus inter rariores collocandus.*

SENATVS. PIETATI. AVGVSTI. Imperator Galba paludatus ſtans coronatur à Genio Senatus ſiniſtra ramum gerente.
Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt, & elegantiſſimus.

IMP. T. VESP. AVG. P. M. TR. P. VIII. In area nummi S. C.
Hic nummus mediocris rarus eſt.

IMP. T. AVG. VESP. REST. Figura muliebris ſtans dextra pileum.
Hic nummus mediocris rarus eſt.

Eadem epigraphe. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra comburens ſpolia, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis inter rariores habendus eſt.

(1) Inter nummos Dominici Servitorii.

Digitized by Google



OTHO, patre Conſulari genitus, in prima juventute nimiæ elegantiæ, & mollitudini deditus, Luſitaniam poſtea egregie adminiſtravit. Primus Galbam ad occupandum imperium ſollicitavit ſpe adoptionis, quam irritam Piſonis electione animadvertens, milites ſibi devinxit, à quibus Imp. ſalutatus, & trucidato Galba, à Senatu Auguſtus appellatus eſt. Adverſo Marte contra Vitellii duces pugnans, ſe ipſe quarto imperii menſe, confodit. Ejus nummi ex ære, omnium Impp. rariſsimi, Antiochiæ ſignati ſunt, ut in libro noſtro de Coloniis diximus.

IMP. OTHO. CAES. AVG. Caput Othonis laureatum.
s. c. In laurea, ſine epigraphe.
Hic nummus, dum ad primam formam accedit, præſtantiſſimus eſt.

VI-



VITELLIUS, audita Galbæ cæde, regnandi cupidus, ab exercitu Germanico Imperator appellatus eſt. Othonis copiis ad Bebriacum deletis, Romam properans, depoſito ad pontem Milvium paludamento, prætextatus, & pacificus ingreditur: deficientibus ad Veſpaſianum legionibus, ab ejus exercitu ignominioſe, ad ſcalas gemonias ductus, in Tiberim undecimo imperii menſe, unco tractus eſt. Ejus nummi ex ære medio, rari ſunt: primæ formæ, inter rariores habentur.

A. VITELLIVS. GERMANICVS. IMP. AVG. P. M. TR. P. Caput Vitellii laureatum.
ANNONA. AVG. Duæ figuræ, una ſtantis Imperatoris, altera Cereris ſedentis, prora navis intermedia.
Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt.

CERES. AVG. Figura muliebris ſedens, dextra ſpicas, ſiniſtra haſtam puram.
Hic nummus mediæ formæ rarus eſt.

CONCORDIA. EXERCITVVM. Duæ dextræ junctæ.
Hic nummus mediocris inter rariores computandus.

CONSENSVS. EXERCITVVM. Figura militaris, galeato capite, dextra victoriolam, ſiniſtra trophæum.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores collocandus.

FIDES EXERCITVVM. Duæ dexteræ junctæ.
Hic nummus primæ formæ eximiæ ſingularitatis eſt, ſecundæ rarus eſt.

HONOS. ET. VIRTVS. Duæ figuræ ſtantes, ut in ſuperiori Galbæ nummo.
Hic nummus primi moduli inter rariores adſcribendus.

L. VITELLIVS. CENSOR. II. Imperator ſedens in ſubſtructione, ex adverſo ſuperius ſedet & alia figura togata, tribus aliis figuris ſtantibus in imo.
Hic nummus primæ magnitudinis rariſſimus eſt.

PAX. AVGVSTI. Figura togata ſtans, dextram figuræ militari porrigens.
Hic nummus mediocris formæ inter rariores numerandus.

PAX. GER. ROMA. Roma galeata ſedens, læva innixa clypeo, dextra victoriolam Vitellio togato, & ſtanti offerens, à tergo figura muliebri tunicata adſiſtente.
Hic nummus primæ formæ eximiæ raritatis, & elegantiæ eſt. Quidam novas partis averſæ nummi iſtius literas eſſe exiſtimant.

PROVIDENT. Templum, ſeu ara.
Hic nummus mediocris rarus eſt, & elegans.

ROMA. RENASCENS. Figura galeata ſtans, dextra victoriolam, ſiniſtra haſtam puram.
Hic nummus mediocris inter elegantiores habetur.

* S. P. Q. R. OB. CIV. SER. In corona quercea.
(1) *Hic nummus primi moduli inter rariores eſt.*

TVTE-

(1) Apud Franciſcum Palatium.

TVTELA. AVGVSTI. Mulier ſedens dextra extenſa verſus puerum, ad latus adſtat alter.
Hic nummus mediocris eximiæ raritatis eſt.

VICTORIA. AVGVSTI. Victoria ſcribens in clypeo palmæ arbori appenſo. In al. captivus ſuper ſpolia mœſtus.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores ſcribitur. Diverſi ſunt cum hac epigraphe typi, & moduli.


VRBEM. RESTITVTAM. Imperator paludatus ſtans, cum duobus adſiſtentibus militibus, figuram muliebrem ad genua procumbentem ſublevans.
Hic nummus primæ formæ raritate, & elegantia præſtantiſſimus eſt.

VRBS. RESTITVTA. Figura paludata galeato capite ſtans, dextra extenſa victoriolam, ſiniſtra haſtam gerens.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores habetur.



VE-

Digitized by Google



VESPASIANUS contra Vitellium ab exercitu Syriaco Imperator appellatus, priſtinum Reip. ſtatum, & orbi pacem reſtituit. Titum filium, Tribunitiæ poteſtatis participem fecit, ut imperii ſucceſsionem familiæ ſuæ perpetuam redderet. Spem feſellit eventus. Titus, & Domitianus ejus filii, ſine liberis mortui ſunt, ipſe longo alvi profluvio correptus, anno imperii nono, obiit. Ejus nummi frequentes, & obvii.

IMP. CAES. VESPASIANVS. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS.
Caput Veſpaſiani laureatum.
CONCORDIA. EXERCITVVM. Duæ dextræ junctæ, ſignum militare tenentes.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt.

T. CAES. DIVI. VESP. F. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII.
In area nummi S. C.
DIVVS. AVGVSTVS. VESP. Veſpaſianus togatus ſedens capite radiato, dextra ramum, ſiniſtra haſtam divinitatis.
Hic nummus primi moduli rarus eſt.

Ea-

Eadem epigraphe, & typus.

DIVO. AVG. VESP. Quatuor elephanti trahentes currum, in quo ſtatua Veſpaſiani, dextra haſtam, ſiniſtra victoriolam gerentis.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus eſt.

HONOS. ET. VIRTVS. Duæ figuræ ſtantes, ut ſupra in Galba, & Vitellio.
Hic nummus primi moduli rarus eſt.

IMP. AVG. F. COS. DES. II. CAESAR. AVG. F. COS. DES. Titus, & Domitianus paludati, dextra haſtam gerentes, ſiniſtra parazonium.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus eſt.

IMP. T. VESP. COS. ITER. D. CAESAR. AVG. F. COS. DESIG. Capita Titi, & Domitiani adverſa.
Hic nummus mediæ formæ inter rariores recenſetur.

IVDAEA. DEVICTA. Figura muliebris ſtans, manibus poſt terga revinctis, palmæ arbori adligata.
Hic nummus primæ magnitudinis rariſſimus eſt.

PAX. AVG. Figura muliebris ſtans, dextra comburens ſpolia, ſiniſtra ramum oleæ, pone figuram columna, cui impoſita eſt icuncula, ad pedes columnæ clypeus.
Hic nummus primi moduli rarus eſt.

* PAX. ORBIS. TERRARVM. Figura muliebris ſeminuda dextra lateri ſubnixa, læva gerit cornucopiæ, ante pedes ara, vel quidpiam ædificio ſimile cum columnis quadriforme.
(1) *Hic nummus primi moduli inter rariores, & elegantiores recenſendus.*

P. M. TR. POT. P. P. P. COS. VIII. CENS. Victoria alata Taurum malleolo percutiens.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis, ut typi inſolentis, ſingularis eſt.

RO-

(1) Apud Franciſcum Ficoronum.

ROMA. Figura muliebris ſeptem Romæ collibus inſidens, ad quorum radices lupa cum pueruliſ.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores numerandus eſt.

* Idem typus; ſed ad ſeptem collium radices figura Tiberis.
(1) *Hic nummus primæ magnitudinis ejuſdem raritatis eſt, ac ſuperior.*

ROMA. RESVRGENS. Imperator togatus ſtans, figuram muliebrem ad genua procumbentem ſublevat; alia galeata ſtans adſiſtit, ſiniſtra clypeum gerens.
Hic nummus primæ formæ ſingularitate, & elegantia præſtantiſſimus eſt.

ROMA. VICTRIX. Figura muliebris galeata inſidens ſpoliis, dextra Victoriolam, ſiniſtra haſtam gerens.
Hic nummus mediocris pro raro recenſetur.

S. C. Victoria gradiens, ſuper ciſtam hinc & inde ſerpens erectus.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt.

IMP. CAES. VESP. AVG. P. M. TR. P. COS. IIII. CENS. Caput Veſpaſiani laureatum.
S. C. Templum Veſtæ, columnis, & ſtatuis adornatum.
Hic nummus primæ magnitudinis, ſine epigraphe rariſſimus eſt, in nummis ſecundæ, cum hac inſcriptione, VESTA *ſæpius obſervatus inter elegantiores habendus.*

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VII. Caput Veſpaſiani laureatum.
S. C. Sine epigraphe. Templum Pacis ſex columnis ſuffultum, multiſque ſtatuis ornatum.
Hic nummus primæ formæ longe rarior eſt, quàm ex ære mediocri.

* S. C. Templum, ad cujus aditum quinque gradus cum quinque columnis, quibus innititur fornix, ſive arcus, ſub quo Imperator in curru triumphali. Ad latera porticus duæ figuræ inſiſtunt baſibus, altera Mar-

(1) Apud Franciſcum Ficoronum.

Martis, ut videtur, altera Minervæ. Intra ædificium viſitur aliud templum, ſive ædicula columnis ſuffulta, in cujus medio figura ſtans.

(1) *Hic nummus primi moduli præſtantiſſimus, & ſingularis eſt.*

S. C. Figura Herculis juvenis & nudi, brachio ſiniſtro columnæ innixo, dextra clavam gerentis.
Hic nummus primi moduli pro raro recenſetur.

S. C. Imperator paludatus ſtans, læva haſtam tenens, dextra victoriolam ſuſtinet, ad pedes Imperatoris ſenex genuflexus, & figura muliebris tunicata ſtans, dextram elevantes, pone palma arbor.
Hic nummus primæ formæ, Judæam captam deſignans, raritate præſtantiſſimus eſt.

S. C. Imperator paludatus eques, captivum ſupplantans.
Hic nummus primæ magnitudinis rarior eſt, quàm in Tito, & Domitiano.

S. C. Quadrigæ triumphales, aurigante Imperatore.
Hic nummus ſecundæ formæ rarior eſt, quàm primæ.

S. C. Aquila legionaria, inter duo ſigna militaria.
Hic nummus ſecundæ formæ pro raro haberi debet.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. III. Caput Veſpaſiani laureatum.

S. P. Q. R. ADSERTORI. LIBERTATIS. PVBLICAE. In corona quercea.
Hic nummus primæ magnitudinis raritate, & elegantia conſpicuus eſt.

S. P. Q. R. OB. CIVES. SERVATOS. In corona quercea.
Hic nummus primæ formæ obvius eſt, ſed mediæ inter rariores reponendus eſt.

SPES. AVGVSTA. Figura muliebris ſiniſtra florem gerens, dextram porrigit militi, duobus aliis ſubſequentibus.
Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt.

(1) Apud Franciſcum Ficoronum.

T. CAES. AVG. F. COS. D. CAES. AVG. F. FR. Capita Titi, & Domitiani adverſa.
Hic nummus mediocris inter rariſſimos reponendus.

T. ET. DOMITIAN. CAESARES. PRINC. IVVENT. Figuræ equeſtres Titi, & Domitiani decurrentes.
Hic nummus mediocris moduli rarus eſt, & inſignis.

TIT. ET. DOMIT. Titus in ſubſtructione togatus ſedens, ex adverſo pariter Domitianus, ante unumquemque figura togata ſtans, quæ videtur aliquid recipere.
Hic nummus primæ magnitudinis perrarus eſt.

TVTELA. AVGVSTI. Figura muliebris ſedens utraque manu Titum, & Domitianum togatos ſtantes, fovens.
Hic nummus mediæ formæ inter rariores notandus eſt.

VICTORIA. AVG. Figura velata ſtans, dextra pateram ſupra aram ignitam, coram templo coronatur à victoria.
Hic nummus primi moduli ſingularis, & rarus eſt.

VICTORIA. AVGVSTI. Victoria alata ſtans, dextram porrigit Imperatori paludato, ſiniſtra haſtam gerenti.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus eſt.

* VICTORIA. AVG. Victoria inſcribens clypeo trunco palmæ impoſito, ad pedes captivus humi ſedens.
(1) *Hic nummus primæ formæ non obvius eſt.*

TI-

(1) Apud Franciſcum Palatium.



TITUS Veſpaſiani filius cum patre Tribunitiam poteſtatem, Cenſuram, & Conſulatus geſsit, vir forma & fortitudine inſignis; in utroque eloquentiæ, & doctrinæ genere præcellens: populo Romano carus, immatura morte, ſecundo imperii anno, præventus eſt. Ejus nummi ex omni metallo frequentes, & obvii.

T. CAES. VESPASIAN. IMP. PONT. TR. P. COS. II. Caput Titi Veſpaſiani laureatum.
CONGIAR. PRIMVM. P. R. DAT. Imperator togatus ſedens in ſubſtructione cum figura ſtante: in area duæ aliæ.
Hic nummus primæ magnitudinis rariſſimus eſt.

CAESAR. DOMITIAN. COS. DES. II. Domitianus togatus in equo, dextra ſcipionem eburneum geſtans.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt, ſecundæ ſine epigraphe, obvius eſt.

* IMP. T. CAES. VESP. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII. Caput Titi laureatum.
DIVO AVG. VESP. S. P. Q. R. Quadrigæ elephantorum cum ſuis vectoribus, currum triumphalem ſiniſtrorſum trahentes, orna-

 tum

tum victoriola ſtante ante palmam, cui alligatur captivus humi ſedens, alia icuncula ſtante. In curru ſtatua Veſpaſiani togati ſedentis, dextra haſtam, ſiniſtra victoriolam tenentis.
(1) *Hic nummus primæ formæ inſignis elegantiæ, & raritatis eſt.*

ITALIA. Figura muliebris capite turrito inſidens globo, dextra cornucopiæ, ſiniſtra ſceptrum.
Hic nummus primæ magnitudinis, ab Erizzo vulgatus, inſignis elegantiæ, & raritatis eſt.

IVDAEA. Titus paludatus ſtans galeato capite, ſiniſtra haſtam, dextra victoriolam ſuſtinens, pro pedibus ſenex genuflexus, & figura muliebris tunicata ſtans, dextram elevantes, pone palma arbor.
Hic nummus primi moduli inter rariſſimos collocandus eſt.

IVDAEA. CAP. in aliis CAPTA. Imperator paludatus ſtans, ſiniſtro pede galeæ impoſito, dextra haſtam, læva parazonium, ſub palma arbore figura muliebris mæſta, ſpoliis inſidens, ſiniſtro cubito caput ſuſtentat.
Hic nummus rarior eſt in Tito, quàm in Veſpaſiano, & primæ, quàm ſecundæ formæ; diverſi ſunt typi.

PIETAS. AVGVSTA. Figura muliebris velata ſtans, inter duas figuras togatas, dextras ſibi jungentes.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores adſcribendus.

PROVIDENT. AVGVSTI. Figura togata globum alteri tradens.
Hic nummus primi moduli rarus eſt.

* ROMA. VICTRIX. Congeries armorum, cui Roma galeata inſidet, ſiniſtra haſtam gerens, dextra victoriolam.
(2) *Hic nummus ſecundæ formæ non obvius eſt.*

SALVTI. AVGVSTI. Templum quatuor columnarum cum porta clauſa.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores locandus.

S. C.

(1) In Muſeo D. Apoſtoli Zeno. (2) Apud Franciſcum Ficoronum.

S. C. Duo cornucopiæ decuſſatim, caduceo alato intermedio.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt.

T. CAESAR VESPASIAN. IMP. IIII. PON. TR. P. III. COS. II. Caput Titi laureatum.
S. C. Imperator eques jaculo hoſtem in terra proſtratum impetens.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt.

S. C. Titus eques, ſiniſtra ſcipionem eburneum, dextra globum à figura galeata ſtante recipit.
Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt.


S. C. Quadrigæ triumphales, Imperatore aurigante.
Hic nummus primæ, & ſecundæ magnitudinis rarior eſt, quàm in Veſpaſiano.

S. C. Porticus templi Pacis, ſex columnis ſuffulta, quinque ſtatuis adornatur.
Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt, ſecundi rarus.

DIVO. AVG. T. DIVI. VESP. F. VESPASIAN. Titus togatus inſidens ſpoliis, dextra ramum oleæ gerens.
S. C. Amphitheatrum, ſine epigraphe.
Hic nummus primæ formæ inter rariſſimos collocandus.

JU-

Digitized by Google



JULIA è Martia, Titi filia, Fl. Sabino Veſpaſiani nepoti nupta, à Domitiano patruo, licet ante oblata, marito occiſo,abducta eſt; Juliæ mortis auctoris quoque extitit,cum abortivum abjicere ei perſuaſiſſet; illam in Divarum numerum retulit. Ejus nummi cum capite, mediocres tantum nobis ſuperſunt, qui non obvii habendi.

IVLIA. IMP. T. AVG. F. AVGVSTA. Caput Juliæ.

* CERES. AVGVSTA. Mulier ſtàns velata, dextrorſum converſa, dextra ſpicas, ſiniſtra haſtam.

(1) *Hic nummus ſecundi moduli rarus eſt, & elegans.*

CONCORDIA. AVG. Figura muliebris ſedens dextra pateram, ſiniſtra cornucopiæ gerens.

Hic nummus ſecundæ magnitudinis rarus eſt.

DIVAE. IVLIAE. AVG. DIVI. TITI. F. S. P. Q. R. Carpentum.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XV. CENS. PERP. P. P. Et in area nummi S. C.

Hic nummus primæ formæ non obvius eſt, ut & ſimilis Juliæ Auguſti, & Domitillæ Veſpaſiani, quos loco ſuo non vulgavi, ob capitis defectum.

* IVLIA IMP. T. AVG. F. AVGVSTA. Caput Juliæ.

IMP. D. VESP. AVG. F. REST. S. C. Veſta velata, & ſtolata dextrorſum ſedens, dextra palladium, ſiniſtra facem præfert.

(2) *Hic nummus ſecundæ formæ rarus eſt.*

DO-

(1) Apud Antonium Borionum. (2) In Muſeo D. Apoſtoli Zeno.



DOMITIANUS Veſpaſiani filius minor, primis imperii menſibus, morum ſuorum reformationi, & propriæ gloriæ ſtudere videbatur; ſed paulo poſt ab inſtituto deflexit, priſtinamque crudelitatem induit, ad cædes amicorum, & Senatorum converſus, omnibus exoſus, à cubiculariis, conſcia ejus uxore Domitia, decimo quinto imperii anno, trucidatus eſt. Ejus nummi vulgares, & triti.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. CENS. TR. P. P. P. Caput Domitiani laureatum.
ANNONA. AVGVSTI. Figura Cereris ſedentis, & Fortunæ ſtantis, ut in Nerone, & in Vitellio.
Hic nummus primæ formæ non obvius eſt, alius ſecundæ reperitur cum eadem epigraphe, etſi diverſo typo, qui vulgaris eſt.

CONG. II. COS. II. Imperator ſedens in ſubſtructione, cum alia figura ſtante, in imo altera donativum accipiente.
Hic nummus primæ magnitudinis inter congiariorum rariſſimos numeratur.

* COS. VIII. DES. VIIII. P. P. S. C. Imperator in ſubſtructione ſellæ curuli inſidens ſiniſtrorſum. In alia ſubſtructione figura ſedens, congiarium porrigit figuræ togatæ per ſcalam aſcendenti, adſtantibus in eadem ſubſtructione duabus aliis figuris, quarum altera civi-

virilis dextram femori admovet, ſiniſtra haſtam tenet, altera muliebris dextra teſſeram attollit, ſiniſtra extenſa.

(1) *Hic nummus primæ formæ raritate, & elegantia conſpicuus.*

COS. XIIII. LVD. SAEC. FEC. Imperator togatus ſtans, ſubſequente altera figura pariter togata, & præeuntibus tribus puellis, dextra elata, palmæ ramum gerentibus.
Hic nummus primi moduli inter rariſſimos ſæcularium ludorum collocatur.

Eadem epigraphe. Imperator togatus ſtans, ante quem plurimæ figuræ genuflexæ manus attollunt coram templo quatuor columnarum.
Hic nummus primæ formæ inter rariores computandus eſt.

Eadem epigraphe. Imperator togatus ſtans, dextra pateram ſupra aram ignitam, adſtantibus citharædo, & tibicine, cum popa, & victima, pro pedibus Imperatoris, figura fluvii dextra cornucopiæ gerentis, decumbit.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores adſcribendus.

Eadem epigraphe. Imperator togatus ſedens in ſubſtructione, in cujus baſi, FRVG. AC. A. POP. *fruges acceptæ à populo*, coram templo; figura togata, altera ſequente aliquid offerre videtur Imperatori. Diverſi ſunt typi, ſed unus novæ fabricæ eſt.
Hic nummus primi moduli inter raros locum habet.

Eadem epigraphe. Imperator togatus ſedens, ut ſupra coram Templo, in ſubſtructione, in cujus baſi, SVF. P. DAT. *ſuffimenta populo data*, figura togata aliquid offerre, aut recipere videtur ab Imperatore, pro pedibus icuncula ſtans.
Hic nummus primæ magnitudinis, ejuſdem fere, ac ſuperioris, raritatis eſt.
Obſervandum plurimos, ex ære medio, nummos cum eadem inſcriptione, diverſis ſacrificiis, & typis inter raros non haberi, ſed pro vulgaribus, & obviis.

FIDES EXERCIT. Imperator togatus porrigit manum ſuper aram quatuor militibus adſtantibus.
Hic nummus primæ magnitudinis rariſſimus eſt.

GER-

(1) In Muſæo D. Apoſtoli Zeno.

GERMANIA. CAPTA. Trophæum inter figuram muliebrem humi ſedentem, & virilem ſtantem manibus poſt terga revinctis.
Hic nummus primæ formæ nec rarus, nec obvius eſt.

GERMANICVS. COS. XVI. Imperator in quadrigis triumphalibus.
Hic nummus mediocris inter raros adſcribi poteſt.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. TR. POT. COS. II. Caput Veſpaſiani laureatum.
Hic nummus mediocris rariſſimus eſt, licet caſu ex duobus nempe typis ſignatus, ut videre eſt in lib. de nummis ſecundæ, & minimæ formæ erud. Patini pag. 156.

* IMP. XXI. COS. XVI. CENS. P. P. P. Palma arbor cum dactylis.
(1) *Hic nummus mediæ formæ rariſſimus eſt.*

* IVD. CAP. Imperator ſtans, ſub palma arbore figura muliebris mæſta ſiniſtro cubito caput ſuſtentat, quemadmodum in Tito.
(2) *Hic nummus primæ formæ rarior eſt, quàm in Tito.*

* MONETA. Victoria alis expanſis dextra pateram.
(3) *Hic nummus mediæ formæ rarus eſt.*

PRINC. IVVENT. Figura paludata, in aliis togata, dextra ſcipionem eburneum gerens.
Hic nummus primi moduli rarus eſt.

S. C. Sine epigraphe. Figura equeſtris paludata dextram elevans.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores habetur.

S. C. Imperator eques figuram militarem, dextra clypeum gerentem, proterens.
Hic nummus primæ formæ nec obvius, nec rarus eſt.

S. C. Quadrigæ triumphales aurigante Imperatore.
Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt, ſecundi obvius.

F S. C.

(1) Apud Franciſcum Ficoronum. (2) Apud eumdem. (3) Apud eumdem.

S. C. Imperator paludatus dextram porrigit figuræ militari, ara intermedia, aliiſque ſubſequentibus.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt: diverſi ſunt typi.

* IMP. CAES. DOMITIANVS. AVG. GERM. Caput Domitiani laureatum.
S. C. Sine epigraphe. Navis militibus, & remigibus inſtructa.
(1) *Hic nummus ex ære medio rarus, & elegans eſt.*

CAES. DIVI. VESP. F. DOMITIANVS. COS. VII. Caput Domitiani.
S. C. Amphiteatrum à patre Veſpaſiano inchoatum.
Hic nummus primæ magnitudinis inter præſtantiſſimos collocari debet.

IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. GERM. COS. XI. Caput Domitiani laureatum.
S. C. Imperator paludatus ſtans, dextra parazonium, ſiniſtra haſtam gerens, pede dextro figuram fluvii, humi jacentem conculcat.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt.

S. C. Imperator paludatus ſtans, ante quem captivus genuflexus clypeum oblongum geſtat.
Hic nummus primæ magnitudinis, ejuſdem, ac ſuperior, raritatis eſt.

S. C. Victoria ſcribens in clypeo DE GERM. trophæo appenſo, ad cujus pedes ſedet captivus lugens.
Hic nummus primi moduli rarus eſt.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XI. Caput Domitiani laureatum.
S. C. Figura Imperatoris velata, dextra pateram ſupra aram ignitam tenens coram Pallade in templo quatuor columnarum cippo impoſita.
Hic nummus primæ formæ inter raros adſcribitur.

S. C. Jupiter ſedens in aditu templi, hinc & inde victoriola extra templum.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores collocandus eſt.

S. C.

(1) Apud Franciſcum Ficoronum.

S. C. Templum pacis ſex columnis ſuffultum, in cujus aditu tres figuræ cippis impoſitæ.
Hic nummus mediocris inter rariores numerari poteſt.

* S. C. Imperator ſacrificans ſupra aram, quatuor militibus adſtantibus cum duobus ſignis militaribus.
(1) *Hic nummus primæ magnitudinis rariſſimus eſt.*

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XVI. CENS. PER. P. P. Caput Domitiani laureatum.
S. C. Imperator paludatus ſtans, ſiniſtra haſtam gerens, coronatur à victoria; ex adverſo ſtat Pallas galeato capite, dextra haſtam geſtans.
Hic nummus primi moduli inter rariores numerandus.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XVII. CENS. PER. P. P. Caput Domitiani laureatum.
S. C. Templum quatuor columnarum, in cujus aditu ſedet Imperator togatus, ad latus utrumque templi ſtat miles dextra haſtam, læva clypeum.
Hic nummus primi moduli eximiæ raritatis eſt.

S. C. Arcus triumphalis, ſupra quem elephantorum quadrigæ. Ille erectus eſt in Germanico triumpho.
Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt.

* IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XVII. CENS. PER. P. P. Caput Domitiani laureatum cum ægide ad pectus.
S. C. Sine epigraphe. Figura ſedens in templo duarum columnarum deſinente in conum: hinc, inde miles haſtatus.
(2) *Hic nummus primæ formæ eximiæ pulchritudinis, & raritatis eſt.*

VESTA. Templum rotundum quatuor columnis adornatum, in cujus medio icuncula baſi impoſita.
Hic nummus mediæ formæ inter rariores recenſendus eſt.

(1) Apud Antonium Borionum. (2) Apud eumdem.



DOMITIA Domitii Corbulonis filia, uxor L. Ælii Lamiæ, cujus amore captus Domitianus, eam à marito abduxit, Imperatori maſculum peperit, qui infans mortuus, conſecratus eſt. Ipſa conſcia, Domitianus à cubiculariis trucidatus eſt. Ejus nummi primæ formæ omnium Auguſtarum rariſſimi, ſecundæ eximiæ ſunt ſingularitatis.

DOMITIA. AVG. IMP. CAES. DIVI. F. DOMITIAN. AVG. Caput Domitiæ.
DIVI. CAESARIS. MATER. Figura muliebris ſedens, pro pedibus puerulus prætextatus ſtans.
Hic nummus primi moduli eximiæ raritatis eſt, & elegantiæ.
* (1) *integerrimus, & præſtantiſſimus.*

* DOMITIA. AVG. IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. Caput Domitiæ.
DIVI. CAESARIS. MATER. Figura muliebris ſtolata, dextrorſum ſtans, dextra pateram effundit ſupra aram accenſam, ſiniſtra haſtæ innititur.
(2) *Hic nummus primæ magnitudinis eximius, & præſtantiſſimus eſt.*

DIVI. CAES. MATER. Figura muliebris ſacrificans ſuper aram ignitam, læva haſtam gerens.
Hic nummus mediocris inter rariſſimos, & præſtantiſſimos collocandus.

NER-

(1) In Muſeo Carpineo, nunc Vaticano. (2) In Muſeo D. Apoſtoli Zeno.



NERVA, vir ex ordine Senatorum nobiliſsimus, occiſo Domitiano, Imperator appellatus eſt, cum provectus ætate minime honoraretur, imò contemptui haberetur, licet probus, juſtus, & beneficus, Trajanum adoptat, & Cæſarem deſignat: morte naturali anno imperii tertio occubuit. Ejus nummi vulgares, & obvii.

IMP. NERVA. CAES. AVG. P. M. TR. P. COS. II. P. P. Caput Nervæ laureatum.
ADLOCVT. AVG. Imperator ſtans in ſuggeſtu, adloquitur milites coram templo quatuor columnarum.
Hic nummus primæ magnitudinis eximiæ raritatis, & elegantiæ eſt.

ANNONA. AVGVSTI. Fortuna ſtans, ex adverſo Ceres ſedens, cum attributis, ut ſupra.
Hic nummus primi moduli rarus eſt.

CONGIAR. PR. Imperator ſedens, congiarium diſtribuit adſiſtentibus multis figuris.
Hic nummus primæ formæ inter rariores reponendus.

FISCI. IVDAICI. CALVMNIA. SVBLATA. Palma arbor.
Hic nummus primi moduli inter raros notandus.

PLE-

Digitized by Google

PLEBEI. VRBANAE. FRVMENTO. CONSTITVTO. Vas frumentarium, cum ſpicis, & papavere.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores habendus eſt.

PROVIDENTIA. SENATVS. Nerva togatus à Senatore globum, velut orbis imperium, ſibi porrigente, recipit.
Hic nummus primæ formæ inter rariores locum habet.

ROMA. RENASCENS. Figura muliebris ſedens galeato capite, dextra protenſa victoriolam, ſiniſtra haſtam gerit.
Hic nummus primi moduli ex rarioribus eſt.

VEHICVLATIONE. ITALIAE. REMISSA. Duæ mulæ paſcentes.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus eſt.



TRA-



TRAJANUS à Nerva Cæſar deſignatus, miſſa ſibi ab eo in Germaniam imperii inſignia accepit; audito paulò poſt ejus deceſſu, Romam properavit, ubi cum omnium applauſu, & gaudio à Senatu, & populo Romano acceptus eſt. Propagato longe, lateque imperio, optimi Principis titulum meritus eſt; hydropiſi correptus, anno imperii vigeſimo, in Cilicia obiit. Ejus nummi triti, & vulgares.

IMP. CAES. NERVA. TRAIAN. AVG. GER. P. M. Caput Trajani laureatum.

ALIM. ITAL. S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. Imperator togatus ſtans, læva ſpicas porrigit icunculæ, quam figura muliebris ulnis amplectitur, pro pedibus ſtat altera icuncula: diverſi ſunt typi.

Hic nummus primæ formæ rarus eſt, mediæ obvius.

AQVA. TRAIANA. S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. Figura fluvii decumbentis ſub fornice.

Hic nummus primi moduli rarus eſt, ſecundi obvius.

ARMENIA. ET. MESOPOTAMIA. IN. POTESTATEM. P. R. REDACTAE. Imperator, dextra haſtam, ſiniſtra parazonium gerens, ſtat inter duas fluviorum figuras humi procumbentes, pedibus conculcans figuram provinciæ.

Hic nummus primæ formæ rarus eſt.

BA-

BASILICA. VLPIA. S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. Ædificium pulcherrimum, ſtatuis undique ornatum.
Hic nummus primæ magnitudinis perrarus eſt.

CONGIAR. PR. COS. II. P. P. Imperator togatus ſedet pro diſtributione congiarii, adſiſtentibus aliis figuris.
Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt.

CONGIAR. SECVND. Typus congiarii diſtribuendi.
Hic nummus primæ formæ pro raro recenſetur.

IMP. CAES. NERVAE. TRAIANO. AVG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. V. P. P. Caput Trajani laureatum.
CONGIAR. TERTIVM. Typus idem.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores collocatur.

CONSERVATORI. PATRIS. PATRIAE. Jupiter ſtans ſub dextra Imperatorem protegit.
Hic nummus primi moduli pro raro adſcribitur.

DACIA. AVGVST. PROVINCIA. Figura muliebris rupibus inſidens, cum puerulo ſpicas porrigente, & alio racemum tenente, ſiniſtra ſignum militare gerit.
Hic nummus mediæ formæ obvius, primæ rarus eſt. [*Mediæ formæ non obvius.*]

IMP. TRAIANO. AVG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. Caput Trajani laureatum.
DIVVS. TATER. TRAIANVS. Pater Trajani Imperatoris togatus ſedens, dextra pateram, ſiniſtra haſtam divinitatis.
Hic nummus primæ magnitudinis inter præſtantiſſimos collocandus.

FORVM. TRAIANI. S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. Ædificium ſtructuræ ſingularis, inſtar arcus triumphalis, ſupra quem quadrigæ ſunt triumphales, & plurimæ ſtatuæ.
Hic nummus primi moduli perrarus eſt, & BASILICA. VLPIA, *elegantior.*

IM-

IMPERATOR. VIII. Imperator paludatus, ſedens in ſuggeſtu, adloquitur cohortes.
Hic nummus primæ formæ, niſi integerrimus, in Italia pro raro non habetur.

* ITALIA. REST. S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. Imperator togatus, dextrorſum converſus ſtans, ſcipionem conſularem læva tenens, dextra ſublevat figuram muliebrem in utrumque genu prolapſam, & globum ſiniſtra offerentem: adſtant aliæ icunculæ, quæ manus attollunt.
(1) *Hic nummus mediæ formæ rarus, & elegans eſt.*

PORTVM. TRAIANI. Portus variis ædificiis ornatus, in cujus medio navis Imperatoria, & aliæ triremes inſpiciuntur.
Hic nummus primæ formæ rariſſimus, & elegantiſſimus eſt.

* IMP. CAES. TRAIANO. OPTIMO. AVG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. Caput Trajani laureatum.
PROFECTIO. AVG. Imperator eques, dextra haſtam gerens, milite præeunte, & tribus militibus ſubſequentibus.
(2) *Hic nummus primi moduli eſt raritate, & elegantia ſpectabilis.*

IMP. CAES. NERVAE. TRAIANO. AVG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P.
PROFECT. AVG. S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. Imperator eques, dextra haſtam gerens, præeunte milite, & duobus aliis ſubſequentibus.
Hic nummus primæ formæ inter elegantiores reponendus.

Eadem epigraphe circa caput Trajani.
REGNA. ADSIGNATA. Imperator paludatus ſedens in ſubſtructione, adſiſtentibus duabus figuris militaribus, regna tribus Regibus ſtantibus adſignat.
Hic nummus primæ formæ rariſſimus eſt.

(1) In muſeo D. Apoſtoli Zeno. (2) Apud Dominicum Servitori.

REX. PARTHIS. DATVS. Imperator paludatus ſedens in ſubſtructione, ſtanti Regi diadema imponit, adſiſtentibus aliis figuris.
Hic nummus primæ magnitudinis pro raro haberi debet.

REX. PARTHVS. Trajanus, ut ſupra, Pharaſmano diadema imponit, ſupplicante Satrapa; Regem comitantur tres Prætoriani.
Hic nummus primi moduli eximiæ raritatis eſt.

REST. ITAL. S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. Imperator togatus ſtans, ſublevat figuram muliebrem in genua procumbentem, juxta eam duæ icunculæ ſtantes.
Hic nummus primi moduli rarus eſt, medii frequens, & obvius.

* IMP. CAES. NER. TRAIANO. OPTIMO. AVG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. Caput Trajani laureatum.
S. C. SENATVS. POPVLVSQVE. ROMANVS. Columna ſolida, cum impoſita in faſtigio noctua, in faciem ſpectante.
(1) *Hic nummus primæ magnitudinis elegantia, & ſingularitate conſpicuus.*

S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. Caput cum dimidio corpore Trajani, ex adverſa alterius Trajani capitis parte.
Hic nummus mediocris rarus eſt.

S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. Columna Trajana, Romæ adhuc extans.
Hic nummus primi moduli inter præſtantiores habendus, ſecundi obvius eſt.

S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. Quadrigæ triumphales aurigante Imperatore.
Hic nummus primæ formæ rarior eſt, quàm mediæ.

S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. Imperator eques, dextra pilum.
Hic nummus primæ magnitudinis pro raro reputatur.

S. P. Q. R.

(1) Apud Franciſcum Ficoronum.

S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. Portus, ut creditur, Anconitanus ferrea catena præcluſus, in cujus medio triremis.
Hic nummus primi & ſecundi moduli, licet obvius, in ſerie tamen neceſſarius eſt.

S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. Porticus, in cujus periſtylio I. O. M. & in ſummitate, quadrigæ triumphales, cum victoriis, & trophæis.
Hic nummus primæ formæ inter rariores recenſetur.

S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. Templum octaſtylum, in cujus medio figura cippo impoſita.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus eſt, mediæ tritus, & vulgaris.

S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. Templum octaſtylum, in cujus aditu figura ſedens, hinc & inde porticibus ornatum.
Hic nummus primi moduli rarior eſt, quàm ſecundi.

S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. Imperator togatus ſtans in ſuggeſtu, figura adſiſtente, adloquitur plures figuras manus in altum attollentes, ex adverſo figura muliebris humi procumbens, juxta quam tres obeliſci.
Hic nummus primæ magnitudinis rariſſimus eſt.

S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. Figura fluvii, ſiniſtra arundinem gerentis, proculcat figuram humi ſedentem.
Hic nummus primæ magnitudinis pro raro notari poteſt.

S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. In corona quercea.
Hic nummus primi moduli rarus eſt.

S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. Figura muliebris ſedens, dextra porrigit caduceum alatum figuræ militari genuflexæ.
Hic nummus primæ formæ inter rariores habendus.

* S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. Figura virilis nuda genuflexa ſupra congeriem armorum, manibus poſt terga revinctis. In imo DAC. CAP.
(1) *Hic nummus mediæ formæ rarus eſt.*

(1) Apud Franciſcum Ficoronum.

Digitized by Google

* S. P. Q. R. OPTIMO . PRINCIPI. Figura nuda Vertumni ſtans, dextra falcem, ſeu ferrum putatorium, ſiniſtra ramum.
(1) *Hic nummus mediæ formæ inter rariores reponendus.*

S. C. Trajanus ſtans cum Præfecto prætorii adloquitur cohortes, GERM. tantum vox in ambitu capitis.
Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt.

S. C. Circus maximus, in cujus medio obeliſcus.
Hic nummus primæ formæ rariſſimus eſt.

S. C. Imperator togatus ſtans in ſuggeſtu, dextra ramum gerens, hinc & inde icuncula, à victoria volitante coronatur, in imo quatuor aquilæ roſtro ſignum militare geſtantes.
Hic nummus primi moduli inter rariores adſcribitur.

TR. POT. COS. II. P. P. Trajanus globum à Nerva recipit.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt.

TR. POT. COS. II. P. P. Imperator eques, dextra haſtam gerit, velut decurrens.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus, & elegans eſt.

TR. POT. COS. II. P. P. Duæ figuræ equeſtres, paludatæ, dextra haſtam gerentes, præeunte milite vexillum ferente.
Hic nummus primi moduli eximiæ raritatis, & elegantiæ eſt.

TR. POT. COS. III. P. P. Inſignis, & verus Trajani arcus, cum tribus fornicibus à Cl. Spanhemio vulgatus.
Hic nummus primæ formæ omnes Trajani nummos raritate, & elegantia ſuperat.

TR. POT. VII. IMP. IIII. COS. IIII. DES. V. Imperator paludatus inſidens trophæo, dextra haſtam gerens, ante quem alia figura paludata genuflexa, tertia ſtans adſiſtit.
Hic nummus primæ formæ rariſſimus habetur.

TR.

(1) Apud Franciſcum Ficoronum.

Digitized by Google

TR. POT. VII. IMP. IIII. COS. V. P. P. Imperator in quadrigis triumphalibus.
Hic nummus primi moduli inter rariores habendus.

TR. POT. VII. IMP. IIII. COS. V. P. Imperator togatus victoriolam porrigit Romæ galeatæ ſedenti.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus: mediæ obvius eſt.


VIA. TRAIANA. S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. Figura muliebris humi procumbens, dextra rotam, ſiniſtra ramum.
Hic nummus primi moduli rarus eſt, ſecundi obvius.

Plurimi reperiuntur nummi primæ formæ Imp. Trajani, quos vulgò vocant contorniatos, at cùm ipſi extremis Imperii temporibus ſint percuſſi, eos omnes prætermiſimus.

Interdum monendus eſt Lector multos deſcribi ab Occone nummos Trajani, & quidem hiſtoricos, quos dubiæ fidei, aut novos exiſtimamus, cum multos ex iis ab Antiquariis probatis hactenus non inſpectos fuiſſe acceperimus.



PLO-



PLOTINA, Trajano civi adhuc privato nupſit; nihil ei felicitas imperii addidit, talem enim ſe ingredi exclamavit, qualem ſe egredi optabat. Tota in decus, & gloriam Trajani ceſſit, bonoque Reipublicæ Romanæ nata, unde mirum videtur, cur ejus numiſmata rariſſima ex ære ſint. Cuncta primæ magnitudinis reperiuntur.

PLOTINA. AVG. IMP. TRAIAN. Caput Plotinæ Auguſtæ.
FIDES. AVGVST. Figura muliebris ſtans, dextra ſpicas, ſiniſtra caniſtrum florum, & frugum gerit.
Hic nummus primæ formæ inter rariſſimos Auguſtarum nummos reputandus eſt.

MAR-

Digitized by Google




MARCIANA Trajani ſoror conjugem amiſit, antequam frater imperio potiretur, vidua in palatio ſine rixa, & contentione cum Plotina in pace degit. Auguſta à Senatu appellata, poſt mortem inter Divas relata eſt. Numiſmata ejus ærea rariſſima, æterna ipſius conſecrationis monumenta. Cuncta ſunt primæ magnitudinis.

DIVA. AVGVSTA. MARCIANA. Caput Marcianæ.
CONSECRATIO. Aquila inſiſtens ſcipioni.
Hic nummus primæ formæ rariſſimus eſt.

EX. SENATVSCONSVLTO. Thenſa à duobus elephantis vecta, cum ſeſſoribus, huic inſidet figura muliebris velata.
Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt.

MA-




MATIDIA Marcianæ filia, Sabinæ Hadriani uxoris mater, Senatus decreto Auguſta renuntiata eſt: id factum poſt matris obitum arguunt ejus nummi rariſſimi; an cùm Sabinam duxit Hadrianus, à quo ipſa poſt mortem conſecrata eſt. Ejus numiſmata primæ ſunt magnitudinis.

MATIDIA. AVG. DIVAE. MARCIANAE. F. Caput Matidiæ.
PIETAS. AVGVST. Figura muliebris ſtolata ſtans, manus ſupra duas icunculas extendit.
Hic nummus primæ formæ rariſſimus eſt.

Nulli hactenus ſecundæ magnitudinis nummi Plotinæ, Marcianæ, & Matidiæ obſervati ſunt Romani, id eſt Senatuſconſulto ſignati.

HA-

Digitized by Google



HADRIANUS à Trajano, biduo ante obitum imperii ſucceſſor electus, Antiochiæ, ubi tunc præerat, à Senatu confirmatus eſt. Nullum movit bellum, ſed mota compoſuit, omnes Romani Imperii provincias perluſtravit, quibus munificentiæ, & beneficiorum monumenta reliquit. Hydrope laborans, anno Imperii vigeſimo primo, Bajis deceſſit. Ejus nummi triti, & vulgares ſunt.

IMP. CAES. TRAIAN. HADRIANVS. AVG. P. M. TR. P. COS. II.
Caput Hadriani laureatum.
AEGYPTOS. Figura muliebris humi ſedens, dextra ſiſtrum, cubito lævo innixo caniſtro frugum, Ibis ante pedes.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt, mediæ obvius.

AFRICA. Mulier humi ſedens, dextra ſcorpionem, cubito lævo montibus innixo cornucopiæ gerit: pro pedibus modius ſpicis plenus.
Hic nummus primi moduli inter raros adſcribitur, ſecundi obvius eſt.

ALEXANDRIA. Figura muliebris humi deſidens, dextra ſpicas, ſiniſtro cubito innixo frugum caniſtro, prope quod vitis, ante figuræ pedes ariſtæ.
Hic nummus primi moduli rarus eſt, mediocris obvius.

Digitized by Google

BRITANNIA. Figura muliebris ſedens pede dextro rupibus impoſito; ſiniſtra caput ſuſtentans, dextra haſtam gerit, innixo cubito ingenti clypeo.
Hic nummus primæ magnitudinis rariſſimus, ſecundæ inter rariores computatur.

CAPPADOCIA. Typus provinciæ, capite turrito, dextra extenſa montem Argæum ſuſtinet, ſiniſtra vexillum gerens.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt, mediæ obvius.

DACIA. Provinciæ typus inſidens rupibus, dextra aquilam legionariam, ſiniſtra ramum.
Hic nummus primi moduli rarus eſt, medii obvius.

HISPANIA. Figura muliebris humi deſidens, dextra ramum, ſiniſtro cubito innixo frugum caniſtro, ad pedes cuniculus.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus eſt, mediocris obvius.

MAVRETANIA. Figura virilis, dextra capiſtro equum retinens, ſiniſtra baculum. Diverſi ſunt typi.
Hic nummus primæ magnitudinis, & ſecundæ inter rariores habendus eſt.

NILVS. Figura fluvii decumbentis, dextra cornucopiæ, ſiniſtro cubito urnæ aquas vomenti innixo, pro pedibus Hippopotamus, & icunculæ quatuor pueriles, anni tempora deſignantes.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt, mediæ obvius.

ROMA. Figura Romæ paludatæ galeato capite ſtans, dextra palladium, ſiniſtra haſtam gerit.
Hic nummus primi moduli inter rariores notandus, mediocris obvius eſt.

SICILIA. Caput, ut videtur, Meduſæ.
Hic nummus primæ magnitudinis eximiæ raritatis, & elegantiæ eſt.

ADVENTVI. AVG. AFRICAE. Imperator togatus, ante quem figura muliebris ſacrificat, habens in capite proboſcidem, ſiniſtra ſpicas, pro pedibus victima.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt.

AD-

ADVENTVI. AVG. ALEXANDRIAE. Imperator, & figura muliebris ſacrificans, ut ſupra.
Hic nummus primæ magnitudinis rariſſimus eſt.

Eadem epigraphe. Hadrianus, & Sabina jugati ſtantes manus porrigunt Serapidi, & Iſidi jugatis ara intermedia, hæc ſiſtrum gerit.
Hic nummus primæ formæ præſtantiſſimus eſt.

ADVENTVI. AVG. ARABIAE. Imperator togatus, & figura muliebris ſacrificans, ut ſupra.
Hic nummus primi moduli rarus eſt.

ADVENTVI. AVG. ASIAE. Imperator, & figura ſacrificans, ut ſupra.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores computandus eſt.

ADVENTVI. AVG. BITHYNIAE. Imperator, & figura ſacrificans.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt.

ADVENTVI. AVG. BRITANNIAE. Imperator, & provincia ſacrificans.
Hic nummus primi moduli eximiæ raritatis eſt.

ADVENTVI. AVG. CILICIAE. Imperator, & figura ſacrificans.
Hic nummus primæ magnitudinis rariſſimus eſt.

ADVENTVI. AVG. GALLIAE. Imperator, & figura ſacrificans.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus eſt.

ADVENTVI. AVG. HISPANIAE. Imperator, & figura ſacrificans.
Hic nummus primæ, & ſecundæ formæ rarus eſt.

ADVENTVI. AVG. ITALIAE. Imperator, & figura ſacrificans.
Hic nummus primi, & ſecundi moduli rarus eſt.

ADVENTVI. AVG. IVDEAE. Imperator, & figura ſacrificans, juxta quam duæ icunculæ, in aliis tres.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt, ut & ſecundæ.

ADVENTVI. AVG. MACEDONIAE. Imperator, & figura ſacrificans.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores computandus, ſecundæ rariſſimus.

ADVENTVI. AVG. MAVRETANIAE. Imperator, & figura ſacrificans.
Hic nummus primi moduli pro raro habendus, mediocris obvius eſt.

ADVENTVI. AVG. MOESIAE. Imperator, & figura ſacrificans.
Hic nummus primæ formæ eximiæ raritatis, & elegantiæ eſt.

ADVENTVI. AVG. PHRYGIAE. Imperator ſacrificat cum Genio provinciæ pileo Phrygio in capite ornato, læva pedum.
Hic nummus primi moduli inter raros numeratur.

ADVENTVI. AVG. THRACIAE. Imperator, & figura ſacrificans.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores locum habet.

RESTITVTORI. ACHAIAE. Imperator togatus, dextra ſublevans figuram muliebrem procumbentem in genua, in medio vas.
Hic nummus primi moduli rarus eſt, ſecundi obvius.

RESTITVTORI. AFRICAE. Imperator, ut ſupra, ſublevans figuram muliebrem, cum proboſcide in capite, ſiniſtra ſpicas.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt, ſecundæ frequens.

RESTITVTORI. ARABIAE. Imperator, ut ſupra, ſublevans figuram muliebrem, prope quam camelus.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores reponendus.

RESTITVTORI. ASIAE. Imperator figuram muliebrem ſublevans, capite radiato, ſiniſtra ſceptrum gerentem.
Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt.

RESTITVTORI. BITHYNIAE. Imperator ſublevans figuram muliebrem turritam, humeris temonem inverſum gerentem.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt, mediæ frequens.

RE-

Digitized by Google

RESTITVTORI. GALLIAE. Imperator ſublevans figuram muliebrem in genua procumbentem.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus, mediæ non obvius eſt.

RESTITVTORI. HISPANIAE. Imperator ſublevans figuram muliebrem, ſiniſtra ramum tenentem, pro pedibus cuniculus.
Hic nummus primæ formæ non obvius, ſed mediæ tritus, & vulgaris.

RESTITVTORI. ITALIAE. Imperator ſublevans figuram procumbentem.
Hic nummus primi moduli rarus eſt.

RESTITVTORI. MACEDONIAE. Imperator figuram ſublevans muliebrem, humeris flagrum geſtantem.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores recenſendus.

RESTITVTORI. MAVRETANIAE. Imperator ſublevans figuram procumbentem.
Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt.

RESTITVTORI. NICOMEDIAE. Imperator ſublevans figuram muliebrem trophæum humeris habentem.
* (1) *Male videtur ab Auctore deſcriptus hic nummus. In alio enim cum hac eadem epigraphe* Imperator ſublevat figuram barbarica veſte indutam, capite turrito, ſiniſtra tenente temonem ad inſtar tridentis.
Hic nummus primæ formæ rariſſimus, & elegantiſſimus eſt.

RESTITVTORI. PHRYGIAE. Imperator ſublevans figuram Phrygio more veſtitam, cum pileo in capite, ſiniſtra ramum gerentem.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt.

RESTITVTORI. SICILIAE. Imperator ſublevans figuram muliebrem, ſiniſtra ſpicas tenentem.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores computandus, ſecundæ rariſſimus.

RESTI-

(1) Apud Franciſcum Ficoronum.

Digitized by Google

RESTITVTORI. ORBIS. TERRARVM. Imperator figuram muliebrem, genu globum ſuſtinentem, ſublevat.
Hic nummus primæ formæ pro raro habetur.

COH. PRAETOR. Imperator paludatus in ſuggeſtu ſtans cum Præfecto prætorii adloquitur cohortes.
Hic nummus mediocris inter rariſſimos locum habet.

EXERC. BRITANNICVS. Imperator paludatus ſtans, in ſuggeſtu adloquitur cohortes. In aliis, Imperator eques.
Hic nummus primæ formæ inter rariores numerandus. [*Imo inter rariſſimos.*]

EXERCITVS. CAPPADOCICVS. Imperator eques adloquitur milites.
Hic nummus primæ magnitudinis eximiæ raritatis, & elegantiæ eſt.

EXERC. DACICVS. Imperator eques adloquitur milites. Idem pedes in ſuggeſtu adloquitur cohortes.
Hic nummus primi moduli inter rariores collocandus.

EXERCITVS. GERMANICVS. Imperator eques paludatus adloquitur cohortes.
Hic nummus primæ formæ rariſſimus eſt.

EXERCITVS. HISPANICVS. Imperator eques adloquitur tres milites.
Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt.

EXERC. MAVRETANICVS. Imperator eques adloquitur milites.
Hic nummus primæ magnitudinis rariſſimus eſt.

EXERC. MOESIACVS. Imperator eques adloquitur cohortes.
Hic nummus primi moduli ſingularitate, & elegantia præſtantiſſimus eſt.

EXERC. NORICVS. Imperator eques adloquitur cohortes.
Hic nummus primæ formæ, licet exeſus, raritate, & præſtantia inſignis eſt, ſecundæ ejuſdem eſt elegantiæ.

EXERC.

EXERC. RHAETICVS. Imperator eques, in aliis ſtans pedes in ſuggeſtu, adloquitur cohortes.
Uterque nummus primæ magnitudinis, inter rariores notandus, ſecundæ rariſſimus eſt.

EXERC. SYRIACVS. Imperator eques, in aliis in ſuggeſtu, pedes ſtans adloquitur cohortes.
Uterque nummus primæ formæ inter rariores ſcribendus eſt.

ADLOCVTIO. Imperator paludatus ſtans in ſuggeſtu adloquitur milites.
Hic nummus primæ formæ rariſſimus eſt.

ADLOCVTIO. COH. PRAETOR. Imperator ſtans in ſuggeſtu, Præfecto prætorii adſiſtente, adloquitur cohortes.
Hic nummus mediæ formæ eximiæ raritatis eſt.

ANN. D.C.C.C.LXXIIII. NAT. VRBIS. P. CIR. CON. id eſt, Anno 874. natalis Urbis populo Circenſes conceſſit.
* *D. Baro de Bimart legit*, Anno 874. natali Urbis primum Circenſes conſtituti Senatus Conſulto. *Scien. des medaill. t. 2. pag. 185.* Figura muliebris humi deſidens, dextra rotam tenens, pone eam tres obeliſci.
Hic nummus primi moduli inter rariſſimos hujus Imperatoris nummos computatur.

ANNONA. AVG. COS. III. Mulier ſedens porrigit puero ſpicas, pone eam cymba.
Hic nummus ſecundæ formæ rarus eſt.

COS. III. Imperator togatus pro tribunali navium roſtris ornato, figuras togatas manus attollentes adloquitur.
Hic nummus primæ magnitudinis rariſſimus eſt.

COS. III. P. P. Imperator eques aprum haſta transfodiens.
Hic nummus primæ formæ inſignis raritate, & elegantia ſingularis eſt.

COS. III. Figura velata porrigens dexteram figuræ muliebri, Roma galeata intermedia.
Hic nummus primi moduli pro raro cenſendus eſt.

COS.

COS. III. Jupiter, & Hadrianus porrigunt manus, Roma intermedia.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt.

* COS. III. Jupiter nudus in proſpectu, dextra fulmen gerens, ſiniſtra haſtam, pro pedibus aquila.
(1) *Hic nummus mediocris rarus eſt.*

* COS. III. Cybele ſedens: in imo figura juvenilis jacens.
(2) *Hic nummus ſecundæ formæ rarus, & elegans eſt.*

COS. III. Hygæa porrigit ſcipionem, cui ſerpens involutus, Herculi nudo, & juveni ſtrophium brachio ſiniſtro gerenti, ponè eum columna Trajani, in cujus vertice coloſſus.
Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt.

COS. III. Sex figuræ ſacrificantes coram templo.
Hic nummus primæ magnitudinis eximiæ raritatis, & elegantiæ eſt.

COS. III. Gryphus, in aliis Pegaſus, qui obvius, & tritus.
Hic nummus ſecundæ formæ rarus eſt.

* COS. III. Aquila inter noctuam, & pavonem.
(3) *Hic nummus medii moduli rarus eſt, ſed* (4) *primæ formæ longe rariſſimus.*

DAC. PARTHICO. P. M. TR. P. COS. P. P. Duæ figuræ togatæ ſtantes, quarum una, alteri globum porrigit.
Hic nummus primæ magnitudinis pro raro notatur.

DISCIPLINA. in aliis DISCIPVLINA. AVG. Imperator, forte in expeditionem proficiſcens, ſubſequentibus quatuor, in aliis, quinque militibus, ſignum militare gerentibus.
Hic nummus primi moduli inter rariores habetur.

DIVVS. TRAIANVS. PARTH. PATER. Figura virilis togata ſedens, dextra ramum, ſiniſtra haſtam gerit.
Hic nummus primæ formæ inter raros ſcribendus.

EXPE-

(1) Apud Franciſcum Ficoronum.
(2) Apud eumdem.
(3) In muſæo D. Apoſtoli Zeno.
(4) Apud Antonium Borionum.

EXPEDITIO. AVG. COS. III. Imperator eques, dextra ſpiculum.
Hic nummus primæ magnitudinis obvius, mediæ rariſſimus eſt.

FELICITATI. AVG. COS. III. P. P. Navis prætoria cum remigantibus, & velo. In aliquibus apparet Neptunus in prora.
Hic nummus primi moduli cum velo inter rariores locum habet, ſine velo obvius, & vulgaris primæ, & ſecundæ magnitudinis.

* FORTVNAE. REDVCI. Fortuna ſtolata ſedens ſiniſtra cornucopiæ, & Imperator togatus ſtans, dextras jungentes.
(1) *Hic nummus primæ formæ rarus eſt.*

FORT. RED. PONT. MAX. TR. POT. COS. II. Ædes.
Hic nummus mediæ formæ rarus eſt.

IOVI. CVSTODI. Jupiter ſedens dextra pateram, ſiniſtra haſtam gerit.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt.

IOVI. OPTIMO. MAXIMO. S. P. Q. R. In corona quercea.
Hic nummus primæ magnitudinis perelegans eſt.

IOVI. TONANTI. Jupiter ſtans, pallio divinitatis tectus, dextra fulmen, pro pedibus aquila.
Hic nummus primi moduli elegans, & rarus eſt.

IMP. T. AELIVS. CAESAR. ANTONINVS. Caput Antonini.
Hic nummus mediocris rariſſimus eſt.

LIBERALITAS. AVG. II. Mulier ſtans dextra teſſeram, læva cornucopiæ.
Omnes liberalitatis typi cum ſola figura inter rariores collocandi, exceptis primo, & ſexto.

LIBERALITAS. AVG. Imperator ſedens in ſubſtructione, diſtribuit congiarium, adſiſtentibus aliis figuris.
Diverſi ſunt liberalitatis typi cum plurimis figuris. Primus obvius, ſecun-

I

(1) Apud Franciſcum Palatium.

ſecundus rarus, tertius, & quartus triti, quintus rariſſimus, ſextus inter rariores, ſeptimus rarus: omnes ſunt primæ magnitudinis.

LIBERALITAS. AVG. IIII. Hadrianus, Liberalitas, & Roma ſtantes.
Hic nummus primi moduli eximiæ raritatis eſt.

LIBERTAS. RESTITVTA. Imperator togatus in ſubſtructione ſedens, infra ſtat figura muliebris cum duabus icunculis.
Hic nummus primæ magnitudinis nec rarus, nec obvius eſt.

LOCVPLETATORI. ORBIS. TERRARVM. Imperator togatus ſedens in ſubſtructione, ante quem figura muliebris effundit è cornucopiæ pecuniam, quam duæ figuræ in imo ſitæ, excipiunt ſinu.
Hic nummus primi moduli inter præſtantiſſimos, & rariſſimos recenſetur.

* PIETAS. AVG. Mulier ſtans ante aram, dextra pateram, ſiniſtra expanſa, ad pedes Ibis.
(1) *Hic nummus primæ formæ rarus eſt.*

* P. M. TR. P. COS. III. Imperator eques habitu pacificatoris.
(2) *Hic nummus primæ magnitudinis rarus eſt.*

* PROVIDENTIA. DEORVM. Imperator togatus a fronte ſtans, ſiniſtra volumen tenet, dextram extendit ad aquilam advolantem, & haſtam puram unguibus adferentem.
(3) *Hic nummus primi moduli rarus eſt.*

RELIQVA. VETERA. HS. NOVIES. MILL. ABOLITA. Imperator paludatus ſtans, dextra facem accenſam, qua chartarum faſciculum comburit.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores habetur, ſed rariſſimus eſt, quando duæ, aut tres aliæ figuræ adſtant.

ROMVLO. CONDITORI. Figura paludata gradiens, dextra haſtam, ſiniſtra trophæum geſtat.
Hic nummus primi moduli rarus eſt.

SARI-

(1) Apud Antonium Borionum. (2) In muſeo D. Apoſtoli Zeno. (3) Apud eumdem.

SABINA. Caput Sabinæ uxoris.
Hic nummus ſecundæ formæ elegantior eſt quàm primæ.

S. C. Imperator paludatus ſtans, dextra haſtam, ſiniſtra parazonium geſtat, pede lævo ſupra crocodilum impoſito.
Hic nummus mediocris rarus eſt.

* S. C. Figura Nili humi ſedens ſiniſtrorſum, dextro cubito urnæ aquas vomenti impoſito, arundinem tenet dextra, cornucopiæ ſiniſtra: infra crocodilus; adſtant duo pueruli, alter ſtans, alter hippopotamo inequitans.
(1) *Hic nummus primæ formæ inter rariores collocandus.*

S. C. Quatuor figuræ ſacrificantes ad aram cum tauro.
Hic nummus primæ formæ rariſſimus eſt.

S. C. Quatuor anni tempora, quatuor puerulis deſignata.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis rariſſimus, & præſtantiſſimus eſt.

S. C. Imperator eques telo aprum confoſſurus.
Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt.

S. C. Tres figuræ ſedentes, Jupiter in medio, dextra fulmen, ſiniſtra haſtam puram, hinc Pallas, galeato capite, ſiniſtra haſtam, illinc figura muliebris, capite velato, dextra pateram, ſiniſtra haſtam tranſverſam gerens.
Hic nummus primi moduli inter rariores habendus.

S. P. Q. R. Templum pulcherrimum decem, in aliis, duodecim columnis ornatum.
Hic nummus primæ formæ inter rariores collocatur.

* S. P. Q. R. Templum pulcherrimum decem columnarum, ad quod per ſex gradus aſcenditur; ſupremum gradum ornant hinc inde duæ figuræ. Ad latus templi eriguntur duæ columnæ, quibus ſtatuæ ſunt impoſitæ.
(2) *Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores, & præſtantiores recenſendus.*

(1) In muſeo D. Apoſtoli Zeno.

(2) Apud Antonium Borionum.

S. P. Q. R. AN. F. F. HADRIANO. AVG. P. P. In laurea.
Hic nummus primæ magnitudinis rariſſimus eſt.

S. P. Q. R. AN. F. F. OPTIMO. PRINCIPI. In laurea.
Hic nummus primæ magnitudinis pro raro notatur.

TELLVS. STABIL. Figura muliebris humi deſidens, dextra globum, ſiniſtra vitem, brachio caniſtro innixo.
Hic nummus mediæ formæ rarus eſt, ſed primæ longe rarior.

VIRTVS. AVGVST. Imperator eques impetens telo leonem.
Hic nummus primi moduli inter rariores habendus.


VOT. PVB. Imperator velatus ſacrificans ſuprà tripodem, victimario, popa, & tibicine adſiſtentibus.
Hic nummus primi moduli præſtantiſſimus, & rariſſimus eſt.

Sine epigraphe. Pons Ælius cum ſeptem fornicibus, ſub eo plurimæ figuræ.
Hic nummus primæ formæ, & ad maximos fere attingens inter rariſſimos, & elegantiſſimos collocandus. [*dummodò ſit indubitatæ antiquitatis; à Peritis enim pro ſuſpecto habetur.*]

Epigraphe deleta. Puerulus, cui capra ubera præbet.
Hic nummus mediocris inter rariores collocandus.

SA-

Digitized by Google



SABINA Trajani neptis, Matidiæ filia, Hadriani uxor infauſta, quam dimittere non auſus eſt, ejus matrimonio ad imperium evectus, paulo ante ipſius obitum defuncta, conſecrationis honores à Senatu obtinuit. Ejus nummi ex omni metallo vulgares, & obvii.

SABINA. AVGVSTA. Caput Sabinæ Auguſtæ.
HADRIANVS. AVGVSTVS. Caput Hadriani laureatum.
Hic nummus ſecundæ formæ rarus eſt, ſed primæ longe rarior.

DIVA. AVGVSTA. SABINA. Caput Sabinæ velatum.
CONSECRATIO. Aquila Sabinæ animam gerens.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores numerandus.


Eadem epigraphe. Aquila.
Hic nummus primæ formæ rarior eſt ſuperiore.

* SABINA. AVGVSTA. HADRIANI. AVG. P. P. Caput Sabinæ.
S. C. Mulæ duæ Thenſam dextrorſum trahentes.
(1) *Hic nummus primæ magnitudinis rariſſimus eſt.*

L. ÆLIUS

(1) In muſeo D. Apoſtoli Zeno.

Digitized by Google



L. Æ L I U S ab Hadriano Imperatore parum vigente adoptatus, Cæſar & imperii ſucceſſor cum tribunitia poteſtate factus eſt, illi tamen ſuperſtes non fuit; epoto enim pharmaco ante adoptionis annum mortuus, in mole Hadriani ſepultus eſt. Ejus nummi primæ formæ in Italia rari, in Gallia obvii ſunt, mediæ vulgares, & triti ubique.

L. AELIVS. CAESAR. Caput Ælii ſine corona.
CONCORDIA. Figura muliebris ſedens, dextra pateram.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus eſt.

HILARITAS. P. R. Figura muliebris ſtans, dextra ramum, ſiniſtra cornucopiæ gerens.
Hic nummus primi moduli ſingularis elegantiæ, & raritatis eſt.

PANNONIA. TR. POT. COS. II. Figura muliebris ſtolata ſtans, capite turrito dextra labarum gerit, ſiniſtra ſtolam ſublevat.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt, mediæ obvius.

SALVS. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra pateram gerens, in qua libat ſerpens erectus.
Hic nummus primi moduli inter rariores collocandus.

TR.

Digitized by Google

TR. POT. COS. II. Fortuna ſtolata ſtans dextra temonem, ſiniſtram porrigit ſpei, dextra ramum gerenti, ſiniſtra veſtem ſublevanti. *Hic nummus primæ magnitudinis rarior eſt, quàm ſecundæ.*

Nummus L. Ælii ab Octav. Strada vulgatus pag. 64. novæ fabricæ eſt, & ideo male inſcriptus PONT. MAX.


Ejuſdem eſt farinæ alter ab Occone relatus pag. 63. cum depravata epigraphe.

Suſpectus item eſt ille, quem tranſcripſit ex muſeo Coſpiano Com. Mediobarbus pag. 188.

Imponunt autem rei nummariæ ſtudioſis nummi iſti à Scriptoribus allati, qui mediocrem eorum in vetuſtis à novis, & falſis diſtinguendis notitiam arguunt; unde cautè eorum libri legendi ſunt, nec fides iis prorſus adhibenda.



AN-



ANTONINUS PIUS, Ælii Cæſaris cognatus, eo mortuo ab Hadriano adoptatus eſt, hac lege, ut quamvis haberet filios, M. Aurelium fratris uxoris ſuæ filium, & L. Verum Ælii Cæſaris filium adoptaret. Pacis potius quam belli artibus diu imperium moderatus eſt. Senex anno imperii vigeſimo quarto obiit. Ejus nummi vulgares, & obvii.

ANTONINVS. AVG. PIVS. P. P. Caput Antonini laureatum.
AFRICA. COS. II. Figura muliebris cum proboſcide in capite, dextra coronam, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores ſcribendus.

ALEXANDRIA. COS. II. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra caniſtrum, ſiniſtra Ibim avem.
Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt, medii inter rariores.

ASIA. COS. II. Figura muliebris ſtans, capite turrito, dextra coronam, ſiniſtra anchoræ innixa.
Hic nummus primæ formæ inter rariores numerandus.

BRITANNIA. P. M. TR. P. &c. Victoria gradiens utraque manu ſertum.
* *Hanc epigraphen carpit Bandurius pag.* LXXIIII. *Bibliothecæ nummariæ,*

Digitized by Google

mariæ; quod quum ex memoria exciderit Vaillantii, illam cum omnibus ſuis literis non exſcripſerit, earum loco adpoſito, &c. *Puto autem literas fuiſſe in nummo exeſas, & propterea non adpoſitas. Hic nummus primi moduli inter rariores habetur.*

BRITANNIA. Figura provinciæ inſidens rupibus, dextra ſignum militare, ſiniſtra haſtam, innixo brachio clypeo.
Hic nummus primæ magnitudinis de rarioribus eſt.

BRITANNIA. COS. IIII. Figura provinciæ inſidens monticulis, dextram capiti admovens, ſiniſtra rupibus innixa, ante eam vexillum, & clypeus.
Hic nummus ſecundæ formæ rarus eſt.

BRITAN. In clypeo, quem gerit victoria gradiens: his literis in circulo, IMPERATOR. II.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis rarus eſt.

CAPPADOCIA. COS. II. Figura provinciæ ſtans, dextra coronam, ſiniſtra vexillum gerit, pro pedibus mons Argæus.
Hic nummus primæ formæ inter elegantiores reponendus.

DACIA. COS. II. Figura provinciæ dextra monticulos, ſiniſtra vexillum geſtat.
Hic nummus primi moduli rarus eſt, & elegans.

HISPANIA. COS. II. Figura muliebris ſtans, capite turrito, dextra coronam, ſiniſtra ramum, pro pedibus cuniculus.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariſſimos collocatur.

ITALIA. TR. POT. COS. III. Figura muliebris, capite turrito, inſidet globo, dextra cornucopiæ, ſiniſtra ſceptrum.
Hic nummus primi moduli obvius, ſecundi inter rariores collocandus.

MAVRETANIA. COS. II. Figura provinciæ ſtans, dextra caniſtrum, ſiniſtra baculum.
Hic nummus primæ formæ inter rariores numerandus.

Digitized by Google

PARTHIA. COS. II. Figura provinciæ ſtans, dextra caniſtrum, læva ſubmiſſa pharetram.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores habendus.

PHENICE. COS. II. Figura provinciæ ſtans, dextra coronam, ſiniſtra baculum, pone figuram palma arbor.
Hic nummus primi moduli inter rariores ponendus eſt.

SCYTHIA. Figura provinciæ ſtans, dextra coronam, ſiniſtra baculum.
Hic nummus primæ formæ rariſſimus eſt, ſecundæ eximiæ raritatis eſt.

SICILIA. Figura muliebris ſtans, dextra coronam, læva ſpicas.
Hic nummus medioeris rarus eſt, primæ magnitudinis rariſſimus eſt.

SYRIA. Figura muliebris, capite turrito, dextra coronam, læva cornucopiæ, pro pedibus figura fluvii.
Hic nummus primi moduli inter rariores ſcribendus eſt.

APOLLINI. AVGVSTO. Apollo togatus ſtans, dextra pateram, ſiniſtra citharam.
Hic nummus primæ formæ non obvius eſt.

CONCORDIAE. Imperator togatus, ſiniſtra victoriolam gerens, dextram porrigit figuræ muliebri, capite velato, duæ etiam icunculæ in imo dextras jungunt, arula intermedia.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt.

CONG. AVG. TR. POT. XX. IMP. III. COS. III. Imperator cum tribus figuris diſtribuit congiarium.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariſſimos computandus.

CONG. AVG. IIII. TR. POT. XXI. IMP. III. COS. III. Imperator togatus ſedens in ſubſellio diſtribuit congiarium.
* *Reprehenditur hic Vaillantius a Bandurio pag.* LXXIIII. *Bibliothecæ nummariæ, quod male deſcripſerit epigraphen hujus nummi, æque ac ſuperioris ob feſtinationem, qua celebriora muſea Europæ inviſerit. Quum enim Antoninus quartum Conſulatum inierit anno tri-*

tribunitiæ poteſtatis VII., *non poterat equidem appellari* COS. III. *anno tribunitiæ poteſtatis* XX. *&* XXI. *Puto autem ego potius, quam auctorem, culpandum eſſe ſcriptorem, aut typographum, qui notam numeralem* I. *ſubtractam Conſulatui quarto, addiderit Imperatori* II. *ac propterea retinendam veram lectionem primæ epigraphes ſic*: CONG. AVG. TR. POT. XX. IMP. II. COS. IIII. *& ſecundæ*, CONG. AVG. IIII. TR. POT. XXI. IMP. II. COS. IIII. *quum in nummis numquam legatur Antoninus pius* IMP. III. *ſed uſque ad ſupremum vitæ annum* IMP. II.
Hic nummus primi moduli rarus, & elegans eſt.

* CONSECRATIO. Rogus.
(1) *Hic nummus mediæ formæ rariſſimus, imò ſingularis eſt.*

COS. III. Puer inſidens capræ.
Hic nummus mediocris moduli inter præſtantiores computandus.

COS. IIII. Quatuor anni tempora, quatuor puerulis deſignata.
Hic nummus primi moduli, & ſecundi rariſſimus eſt.

COS. IIII. Imperator in quadrigis triumphalibus.
Hic nummus primæ magnitudinis nec rarus, nec obvius eſt, ſecundæ tritus.

* COS. IIII. Porticus, aut Templum, in cujus medio ſtat figura togata ſupra baſim, dextra ramum, ſiniſtra ſceptrum.
(2) *Hic nummus primi moduli non obvius eſt.*

DISCIPLINA. Imperator paludatus gradiens, dextra haſtam, ſubſequentibus quatuor militibus.
Hic nummus primæ formæ rariſſimus eſt.

DIVO. PIO. Columna Antoniana Romæ adhuc extans.
Hic nummus primæ magnitudinis obvius eſt, ſecundæ rarus eſt.

DIVVS. PIVS. Caput Antonini Pii ſine corona.
S. C. Imperator in quadrigis.
Hic nummus primæ formæ rariſſimus eſt.

(1) Apud Franciſcum Ficoronum. (2) Apud Franciſcum Palatium.

FAVSTINA. AVG. ANTONINI. AVG. PII. P. P. Caput Fauſtinæ ſenioris.
Hic nummus mediocris rarus eſt.

FAVSTINA. AVGVSTA. Caput Fauſtinæ uxoris.
Hic nummus primi moduli, & medii ſingularis, & perelegans eſt.

* ANTONINVS. AVG. PIVS. P. P. TR. P. XII. Caput Antonini laureatum.
FAVSTINAE. AVG. PII. AVG. FIL. Caput Fauſtinæ junioris.
(1) *Hic nummus mediocris rariſſimus eſt, & ſingularis.*

FORTVNA. OBSEQVENS. COS. IIII. Figura muliebris dextra temonem proræ navis impoſitum, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus primi moduli rarior eſt, quàm medii.

* Eadem epigraphe. Figura muliebris velata, dextra pateram, læva temonem.
(2) *Hic nummus primi moduli rarus eſt.*

HADRIANVS. AVG. COS. III. P. P. Caput Hadriani nudum.
Hic nummus mediocris rarus eſt.

HADRIANVS. AVGVSTVS. Caput Hadriani laureatum.
Hic nummus mediocris rariſſimus eſt.

* HONORI. AVG. COS. III. Imperator veſte conſulari indutus, dextra ramum olivæ, ſiniſtra cornucopiæ gerit.
(3) *Hic nummus primæ formæ rarus, & elegans eſt.*

IMPERATOR. II. Hercules ſtans cum pelle leonis in capite, dextra clavam erectam, ſiniſtra arcum.
Hic nummus mediocris rarus eſt.

IOVI. STATORI. Jupiter nudus ſtans, dextra fulmen, læva haſtam.
Hic nummus primi moduli rarus, & elegans eſt.

IVNONI. SOSPITAE. in aliis, SISPITAE. Figura muliebris ſtans cum pelle caprina in capite, baculo, & ſerpente in area.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus eſt.

LIBE-

(1) Apud Franciſcum Palatium. (2) Apud Franciſcum Ficoronum. (3) Apud eumdem.

Digitized by Google

LIBERALITAS. AVG. P. M. TR. P. COS. II. Quatuor figuræ pro congiario.
Hic nummus primi moduli pro raro habendus.

* LIBERALITAS. TR. POT. II. Imperator diſtribuit congiarium in ſubſellio, quinque figuræ ſunt in ſubſellio, & ſchalam aſcendit Romanus.
(1) *Hic nummus primæ formæ rariſſimus eſt.*

LIBERALITAS. AVG. Imperator diſtribuens congiarium.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus eſt.

LIBERALITAS. AVG. IIII. Tres figuræ in ſubſellio, in imo Romanus pro congiario.
Hic nummus primæ formæ rarior eſt, quàm ſecundæ.

LIBERALITAS. AVG. V. Imperator in ſubſellio, adſtat Liberalitas, in imo Romanus pro congiario.
Hic nummus primi moduli inter rariores ponendus eſt.

LIBERALITAS. AVG. VII. IMP. VIII. COS. III. Imperator diſtribuit congiarium.
Hic nummus primæ formæ inter rariſſimos collocatur.

* MARTI. VLTORI. Figura Martis dextra lanceam terræ infigit, ſiniſtra ſcutum humi deponit.
(2) *Hic nummus primæ formæ perrarus eſt.*

PIETAS. TR. POT. XIIII. COS. IIII. Templum octaſtylum, in cujus medio duæ icunculæ ſedentes.
Hic nummus primi moduli rarus eſt.

P. M. TR. POT. COS. IIII. P. P. Imperator eques pacificatoris habitu, ſiniſtra haſtam.
Hic nummus mediocris inter rariores numerandus.

REX. ARMENIS. DATVS. Figura togata ſtans diadema Regi ſtanti imponit.
Hic nummus primi moduli rarus eſt.

REX.

(1) Apud Franciſcum Ficoronum. (2) Apud eumdem.

REX. QVADIS. DATVS. Figura togata ſtans dextram porrigit Regi barbaro, prolixa barba, & longo pallio ornato.
Hic nummus primæ magnitudinis eximiæ ſingularitatis, & elegantiæ eſt.

ROMAE. AETERNAE. Templum decem columnarum.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt, ſecundæ rarior.

ROMVLO. AVGVSTO. Figura paludata gradiens dextra haſtam, humeris trophæum gerit.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus eſt.

S. C. Hercules ſedens ſupra ſpolia leonis, & armorum congeriem dextra clavam thoraci infigit, ſiniſtra trophæum geſtat.
Hic nummus primi moduli inter rariores cenſendus.

S. C. Imperator eques pacificatoris habitu.
Hic nummus primi moduli inter rariores habendus.

S. C. Plurimæ figuræ Sabinarum raptum exhibentes.
Hic nummus primæ formæ ſingularis, & eximiæ raritatis eſt.

S. C. Æneas humeris patrem Anchiſem ferens, dextra Aſcanium filium pileo Phrygio ornatum ducit.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores numerandus.

S. C. Lupa cum puerulis ſub porticu, ſupra quam aquila alis expanſis.
Hic nummus primi moduli pro raro numerandus eſt.

* S. C. TR. POT. COS. III. Figura Jani ſeminuda ſtans, dextra haſtam.
(1) *Hic nummus primi moduli rarus eſt.*

* S. C. TR. POT. XV. COS. IIII. Jupiter ſeminudus, ad cujus pedes aquila.
(2) *Hic nummus primi moduli rarus eſt.*

S. C. Statua Imperatoris a quatuor elephantis tracta.
Hic nummus primæ formæ pro rariſſimo habendus.

SECVND. DECENNALES. COS. IIII. In corona quercea.
Hic nummus primi moduli inter rariores adſcribendus.

TEM-

(1) Apud Franciſcum Ficoronum. (2) Apud eumdem.

TEMPLVM. DIVI. AVG. REST. Templum octaſtylum, in cujus aditu figura ſedens.
Hic nummus primæ formæ nec rarus, nec obvius, mediæ vulgaris eſt.

* TIBERIS.
(1) *Hic nummus mediæ formæ rarior eſt, quàm primæ.*

* TR. P. III. COS. III. Scrofa cum ſuculis.
(2) *Hic nummus primæ formæ rarus eſt.*

TR. POT. XIIII. COS. IIII. Templum octo columnarum, hinc & inde palma arbor.
Hic nummus primi moduli inter rariores numerandus.

TR. POT. XIIII. COS. IIII. Imperator eques pacificatoris habitu, ſiniſtra ſcipionem.
Hic nummus primæ, & ſecundæ magnitudinis inter rariores numerandus.

TR. POT. XV. COS. IIII. Imperator eques dextram elevat, ſiniſtra parazonium.
Hic nummus primæ formæ ejuſdem eſt raritatis, ac ſuperior.

TR. POT. XV. COS. IIII. Duæ figuræ ſedent in ſubſtructione, in imo Romanus pro congiario.
Hic nummus primæ formæ inter raros locum occupat.


VENERI. FELICI. Templum decem columnarum, in cujus aditu figura ſedens.
Hic nummus primi moduli inter rariores computandus.

VERVS. ET. FAVSTINA. Capita adverſa M. Aurelii, & Fauſtinæ.
Hic nummus mediocris eximiæ raritatis eſt.

VICTORIA. AVG. Quadrigæ aurigante victoria.
Hic nummus primæ, & ſecundæ magnitudinis nec obvius, nec rarus eſt.

FAU-

(1) Apud Franciſcum Ficoronum. (2) Apud Franciſcum Palatium.



FAUSTINA uxor Antonini Pii, Ælii Cæſaris ſoror, cujus affinitate maritus ab Hadriano imperii ſucceſſor deſtinatus eſt; tertio ejus dominationis anno, e vivis erepta, a Senatu conſecrata, & inter divas relata eſt; ab Antonino ei circenſis pompa decreta, & templa erecta ſunt. Ejus nummi obvii, & vulgares ſunt.

FAVSTINA. AVGVSTA. Caput Fauſtinæ.
ANTONINVS. PIVS. Caput Antonini Pii laureatum.
Hic nummus primæ, & mediæ formæ inter rariores numerandus.

DIVA. FAVSTINA. Caput Fauſtinæ velatum.
AETERNITAS. Templum octo columnarum in conum deſinens.
Hic nummus primæ formæ inter rariores numerandus eſt.

AETERNITAS. Templum octaſtylum, in cujus aditu figura ſedens, & duæ aliæ ſtantes cippis impoſitæ extra templum.
Hic nummus primæ, & mediæ formæ rarus eſt.

AETERNITAS. Currus a duobus elephantis vectus, in quo figura muliebris velata.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus eſt, ut & mediocris.

AETER-

Digitized by Google

AETERNITAS. Currus a duobus leonibus tractus, in quo figura muliebris ſedens, dextra tympanum.
Hic nummus primi moduli inter rariores ponendus, ut & mediocris.

CONCORDIA. Figura togata dextram porrigit figuræ muliebri.
Hic nummus primæ formæ inter rariores numerandus eſt.

CONCORDIAE. Imperator togatus dextram porrigit Fauſtinæ, infra duæ icunculæ dextras jungunt, arula intermedia.
Hic nummus primi moduli præſtantiſſimus eſt.

CONSECRATIO. Rogus.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores numerandus, ut & mediocris.

★ CONSECRATIO. Rogus, cujus ima pars in latum protenditur, octo columellis ornata, inde aſſurgunt duo alia tabulata minora, in vertice quadriga.
(1) *Hic nummus primi moduli pulcherrimus, & præſtantiſſimus eſt.*

Eadem epigraphe. Victoria per aëra volitans ſuper alas animam Fauſtinæ gerit, dextra haſtam.
Hic nummus primi moduli inter rariores numerandus.

EX. S. C. Currus a duobus elephantis vectus, in quo figura muliebris velata.
Hic nummus primi moduli rarus eſt, ut & ſecundi.

MATRI. DEVM. SALVTARI. Figura muliebris capite turrito ſedens, dextra tympanum, hinc & inde leo.
Hic nummus primi moduli rarus eſt.


PIETAS. Templum ſex columnarum, in cujus aditu figura ſedens.
Hic nummus mediæ formæ rarus eſt.

★ SALVTI. AVGVSTI. Figura muliebris ſtolata dextrorſum converſa, ſtans, elata dextra neſcio quid porrigens ſerpenti erecto, ſiniſtro cubito innixo ramis arboris ab imo ſurgentis.
(2) *Hic nummus mediocris rarus eſt, & elegans.*

S. C. Mulier tunicata ſtans dextra neſcio quid, ad pedes pavo, illinc leo.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus eſt.

L M. AU-

(1) Apud Antonium Borionum. (2) Apud Franciſcum Palatium.



M. AURELIUS decimo ætatis ſuæ anno, juſſu Hadriani, ab Antonino Pio adoptatus, ab ipſo Conſul, & Cæſar appellatus eſt, & cum ſecundùm Conſul deſignatus eſſet, Fauſtinam Antonini filiam uxorem duxit, Tribunitiamque poteſtatem recepit. Vir bello inſignis, literis clarus, & clementia conſpicuus, anno decimo nono imperii deceſſit. Ejus nummi vulgares, & obvii ſunt.

IMP. CAES. M. AVR. ANTONINVS. AVG. Caput M. Aurelii laureatum.
ADLOCVT. AVG. COS. III. Imperator paludatus ſtans in ſuggeſtu, adſiſtentibus duabus figuris militaribus, adloquitur milites.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores numerandus.

CONG. AVG. IIII. TR. P. XXI. IMP. III. COS. III. M. Aurelius, & Verus in ſubſtructione, ut ſupra.
Hic nummus primi moduli inter raros numeratur.

DIVVS. M. ANTONINVS. PIVS. Caput Marci ſine laurea.
CONSECRATIO. Quadrigæ elephantorum, quibus inſident rectores, thenſam trahunt, in qua Imperatoris ſedentis figura.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores collocatur.

CON-

* CONSECRATIO. Rogus ornatiſſimus, & pulcherrimus, in cujus vertice quadriga, Imperatore aurigante.
(1) *Nummus primæ formæ inter rariores numerandus.*

DE. GER. In clypeo appenſo trophæo, in quo ſcribit victoria, pede ſiniſtro galeæ impoſito, in imo trophæi, captivus.
Hic nummus primi moduli rarus eſt.

DE. GERMANIS. Congeries armorum.
Hic nummus primæ formæ pro raro habetur.

DE. SARMATIS. IMP. VIII. COS. III. P. P. Congeries, ut ſupra, armorum.
Hic nummus primæ magnitudinis ſuperiori paululùm rarior eſt, ſecundæ obvius.

DIVA. FAVSTINA. Caput Fauſtinæ.
Hic nummus primi moduli ſingularis, & perrarus eſt.

M. AVREL. ANTONINVS. TR. P. XXII. Caput M. Aurelii laureatum.
DIVVS. VERVS. Caput L. Veri, ſine corona.
Hic nummus primæ magnitudinis inſignis elegantiæ, & raritatis eſt.

* AVRELIVS. CAESAR. PII. F. Caput M. Aurelii nudum.
FAVSTINA. AVGVSTA. Caput Fauſtinæ junioris.
(2) *Hic nummus mediocris perrarus eſt.*

* GERMANIA. SVBACTA. IMP. VI. COS. III. Trophæum, ad cujus pedes captivus humi ſedens.
(3) *Hic nummus mediocris rarus eſt.*

GERMANICO. AVG. IMP. VI. COS. III. Trophæum, cui adligatus eſt captivus, ex altera parte figura mœſta inſidet clypeo.
Hic nummus primæ formæ non obvius eſt.

(1) Apud Antonium Borionum. (2) Apud Franciſcum Ficoronum. (3) Apud eumdem.

Digitized by Google

* IMP. VI. COS. III. Imperator paludatus per pontem ex navibus conſtructum trajicit, ſex militibus ſubſequentibus. In imo VIRTVS. AVG.
(1) *Hic nummus primi moduli ſingularis raritatis, & elegantiæ eſt.*

IMP. VII. COS. III. Imperator paludatus in equo, dextram attollens.
Hic nummus primi moduli inter rariores ponendus.

LIBERALITAS. AVG. In aliis CONG. AVG. &c. Imperator diſtribuens congiarium, adſiſtentibus aliis figuris.
LIB. AVGVSTOR. TR. P. XV. COS. III. Duo Imperatores ſedent in ſubſtructione, adſtat Liberalitas, & Romanus aſcendit ſcalam.
Hic nummus primæ, & mediæ formæ in rariorum numero locandus eſt.

LIB. AVG. VI. TR. P. XXIV. IMP. VI. COS. III. M. Aurelius ſedet pro congiario cum tribus aliis figuris.
Hic nummus primæ formæ ex rariorum numero eſt.

LIBERALITAS. AVG. VII. IMP. VIII. COS. III. P. P. M. Aurelius & altera figura in ſuggeſtu, proximè adſtat Liberalitas, & Præfectus prætorii, in imo Romanus ſcalam aſcendit.
Hic nummus primæ magnitudinis pro raro notandus.

* M. ANTONINVS. AVG. GERM. SARM. TR. P. XXXI. Caput M. Aurelii laureatum.
LIBERALITAS. VII. IMP. VIII. COS. III. Figura ſtolata, dextra pateram, ſiniſtra cornucopiæ.
(2) *Hic nummus primæ formæ rarus eſt.*

PROFECTIO. AVG. Imperator eques, dextra haſtam gerens.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores collocandus.

PROFECTIO. AVG. COS. III. Imperator eques dextra haſtam gerens, præeunte milite, tribus, in aliis, quatuor militibus ſubſequentibus.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt.

PRO-

(1) Apud Franciſcum Ficoronum. (2) Apud eumdem.

PROPVGNATORI. IMP. VIIII. COS. III. P. P. Jupiter nudus fulmen in barbarum humi proſtratum vibraturus.
Hic nummus primi moduli cum raris locum habet.

PROVIDENT. AVG. IMP. VI. COS. III. Imperator in ſuggeſtu, adſiſtente Præfecto prætorianorum, adloquitur cohortes.
Hic nummus primi moduli elegantiſſimus eſt.

Eadem epigraphe. Imperator paludatus per pontem tranſit ex navibus confectum, ſtipatus quatuor militibus.
Hic nummus ejuſdem formæ pro rariſſimo ſcribendus.

RELIG. AVG. IMP. VII. COS. III. Templum quatuor thermis inſignitum, in cujus medio Mercurius cippo impoſitus, dextra crumenam, ſiniſtra caduceum gerit.
Hic nummus primæ magnitudinis pro raro notatur.

RESTITVTORI. ITALIAE. IMP. VI. COS. III. Imperator paludatus ſtans figuram muliebrem capite turrito, in genua procumbentem ſublevat.
Hic nummus primæ formæ inter raros locum habet.

S. C. Cupido alatus humeris haſtam gerens inſidet tigridi.
Hic nummus ſecundi moduli inter rariores ponendus.

S. C. Sine epigraphe. Figura equeſtris paludata, ſignum militare dextra gerens.
Hic nummus mediocris inter rariores adſcribendus.

S. C. Quadrigæ triumphales aurigante Imperatore.
Hic nummus primi moduli rarus, ſecundi tritus eſt, & frequens.

TR. POT. XI. COS. II. Æſculapius imberbis dextra baculo innixus, cui involutus eſt ſerpens.
Hic nummus mediocris inter raros recenſendus.

★ TR. POT. XIIII. COS. II. Sphinx alata gradiens, cui inequitat figura galeata dextra haſtam, ſiniſtra clypeum gerens.
(1) *Hic nummus ſecundi moduli rarus, & præclarus eſt.*

VICT.


(1) Apud Franciſcum Palatium.

Digitized by Google

VICT. GERM. IMP. VI. COS. III. In laurea.
Hic nummus primæ magnitudinis pro raro habetur, ſecundæ vulgaris eſt.

VIRTVS. AVG. IMP. VI. COS. III. in aliis, ADVENTVS. AVG. IMP. VI. COS. Imperator paludatus pontem tranſit ſubſequentibus militibus.
Hic nummus primæ formæ ſingularis, & perelegans eſt.

VOTA. PVBLICA. Imperator togatus dextram porrigit Fauſtinæ, figura muliebri intermedia.
Hic nummus primi moduli rarus eſt, medii tritus, & obvius eſt.



FAU-

Digitized by Google



FAUSTINA uxor M. Aurelii, cui pro dote imperium tradidit, idcirco ſe Auguſti Pii filiam in nummis inſcribit, ut dignitatis titulum, non tam accepiſſe a marito, quam illi per matrimonium tuliſſe oſtendat; id M. Aurelius fatetur, dum eam impudicam & adulteram retinet, exclamans, ſi repudiamus uxorem, reddamus & dotem. Ejus nummi obvii, & triti.

DIVAE. FAVSTINAE. MATRI. CASTRORVM. Caput Fauſtinæ velatum.
AETERNITAS. Duo elephanti trahentes currum, in quo figura velata.
Hic nummus primæ magnitudinis inter præſtantiores collocandus.

AETERNITAS. Figura muliebris ſedens, quam duæ aliæ gradientes ferunt, unicuique velo volitante.
Hic nummus primi moduli rarus eſt.

CONSECRATIO. Rogus.
Hic nummus primæ formæ rariſſimus eſt.

CON-

CONSECRATIO. Fauſtinæ anima a pavone in cœlum delata.
Hic nummus inter elegantiores recenſetur, quando in parte capitis MATRI. CASTRORVM *legitur*.

FAVSTINA. AVGVSTA. Caput Fauſtinæ.
MATRI. CASTRORVM. Figura muliebris ſedens, dextra phœnicem globo impoſitum, ſiniſtra haſtam; ante pedes tria ſigna militaria.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores numerandus.

MATRI. MAGNAE. Cybele ſedens turrita dextra ſellæ innixa, ſiniſtra crotalo.
Hic nummus primi moduli nec rarus, nec obvius eſt, mediocris frequens.

S. C. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra florem; pro pedibus, hinc pavo, inde leo.
Hic nummus primi moduli inter rariores habendus.

S. C. Templum octaſtylum ſtellis circumdatum, in cujus medio luna creſcens cum ſtella.
Hic nummus mediocris rarus eſt.


SAECVLI. FELICITAS. Duo pueruli ſedentes in lectulo.
Hic nummus primæ, & ſecundæ formæ non obvius eſt.

SIDERIBVS. RECEPTA. Mulier velo circumdata in curru a duobus equis tracto, quos agit.
Hic nummus primi moduli pro raro ſervandus.

S. P. Q. R. Carpentum a duabus mulis vectum.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores numerandus.

AN-

Digitized by Google



ANNIUS VERUS M. Aurelii, & Fauſtinæ junioris filius, Commodi frater natu minor, ab Annia matre nomen habens, male a Sanctamantio SEXTUS appellatus, ſeptennis execto ſub aure tubere, mortuus eſt: pater ipſi ſtatuas publicas, & auream in Circenſi pompa decrevit, nummos in ejus memoriam conflari juſſit, qui eximiæ raritatis, & præſtantiæ ſunt.

ANNIVS. VERVS. CAES. ANTONINI. AVG. FIL. Caput Annii Veri, ſine laurea.

COMMODVS. CAES. ANTONINI. AVG. FIL. Caput Commodi fratris ſine laurea.

Hic nummus, primæ formæ magnitudinem fere attingens ſingularitate, & elegantia præſtantiſſimus eſt.

Alterum græca epigraphe gaudentem poſſideo, in quo ab una parte M. Aurelius, & L. Verus, in averſa Commodus, & Annius fratres omnes ſeſe invicem reſpicientes, ſed ΣΥΡΙΩΝ *eſt vox inter hos media.*



L. VERUS, Ælii Cæſaris F. a M. Aurelio, juſſu Hadriani adoptatus, poſt exceſſum Antonini Pii, non modo Cæſar, ſed Auguſtus, imperiique conſors, ab ipſo factus eſt, Lucilla filia ei in uxorem tradita. Vir mollis & luxuriæ deditus, bellum Parthicum per Legatos maxima ex parte confecit, in Germaniam properans, in vehiculo ſubita morte correptus eſt, anno imperii nono. Ejus nummi frequentes, & obvii.

L. AVREL. VERVS. AVG. Caput L. Veri laureatum.
ADLOCVTIO. AVG. Imperator in ſuggeſtu, adſiſtente figura militari, adloquitur milites.
Hic nummus primæ formæ etiamſi exeſus præſtantiſſimus eſt.

DIVVS. VERVS. Caput Veri ſine corona.
CONSECRATIO. Quadrigæ elephantorum thenſam trahunt, in qua Imperatoris ſedentis figura.
Hic nummus primæ magnitudinis inter raros numerandus.

* Eadem epigraphe. Rogus.
(1) *Hic nummus primi moduli non obvius eſt.*

COS.

(1) Apud Franciſcum Palatium.

COS. II. Duo Imperatores ſedent pro tribunali, pone quos præfectus, in imo viri ſuccincti.
Hic nummus primi moduli inter rariores ponendus.

COS. III. Roma inſidens ſpoliis, coronatur a victoria, cui figura galeata ſtans, dextram porrigit.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores ſcribendus eſt.

FELIC. AVG. TR. P. III. Navis velo expanſo.
Hic nummus mediocris formæ inter raros numerandus.

FELICITATI. AVG. TR. P. III. COS. II. Navis cum ſex remigantibus, & Imperatore in puppi ſedente.
Hic nummus primi moduli rarus eſt, ſed ſecundi rarior eſt.

LIB. AVGVSTORVM. TR. POT. COS. II. M. Aurelius, & L. Verus ſedentes in ſubſtructione, diſtribuunt congiarium, in imo figura ſtans.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores locum habet.

LIB. AVG. II. TR. POT. V. IMP. II. COS. II. Mulier ſtans dextra teſſeram, læva cornucopiæ.
Hic nummus mediæ formæ inter rariores numerandus.

DIVVS. VERVS. Caput Veri nudum.
L. VERVS. AVG. ARM. PARTH. MAX. Caput Veri laureatum.
Hic nummus primi moduli inter elegantes, & raros computandus.

M. AVR. ANTONINVS. AVG. IMP. XXII. Caput M. Aurelii laureatum.
Hic nummus primæ formæ ſingularis elegantiæ eſt, ac raritatis.

PROFECTIO. AVG. Imperator eques, dextra haſtam, præeunte milite, tribus aliis ſubſequentibus.
Hic nummus primi moduli inter rariores recenſendus.

PROFECTIO. AVG. TR. POT. III. COS. II. Imperator eques, dextra haſtam.
Hic nummus mediocris pro raro habetur. [*Imò obvius eſt, & frequens.*]

REX. ARMENIS. DATVS. Diverſæ ſunt epigraphæ; Imperator ſedens in ſella caſtrenſi, adſiſtentibus tribus figuris militaribus, in imo figura Regis Armeniarum ſtans.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt, ſed ſecundæ rarior.

S. C. Imperator in quadrigis triumphalibus dextra equos agit, læva victoriam.
Hic nummus formæ mediocris inter rariores habetur.

* TR. P. III. COS. II. PROFECTIO. AVG. Imperator equeſtribus militibus ſubſequentibus, & uno præeunte dextra haſtam, ſiniſtra clypeum gerente.
(1) *Hic nummus primæ formæ rariſſimus eſt.*

TR. P. IIII. IMP. II. COS. Imperator eques proſternens captivum.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus eſt, ſecundæ obvius.

TR. P. IIII. IMP. II. COS. II. Hercules ſtans dextra ramum gerit, læva clavam cum pelle leonis.
Hic nummus primi moduli ſingularis eſt, & elegans.


TR. P. VIII. IMP. IIII. COS. III. Imperator paludatus ſtans, victoriolam porrigit Romæ galeatæ trophæo inſidenti, ſiniſtra haſtam gerenti.
Hic nummus mediocris rarus eſt.

VICTORIA. AVG. Victoria in bigis ſiniſtra palmam gerens.
Hic nummus mediæ formæ inter rariores habendus.

* VICT. AVG. TR. P. IIII. IMP. II. COS. II. Victoria ſtans ambabus manibus trophæum ſuſtinet, ad pedes captivus.
(2) *Hic nummus primi moduli non obvius eſt.*

LU-

(1) In muſeo Theupolo. (2) Apud Franciſcum Palatium.



LUCILLA, M. Aurelii, & Fauſtinæ junioris filia, L. Veri uxor, impudicitiæ fama, ut mater, laboravit. Mortuo Vero, Claudio Pompejano, luctus tempore nondum expleto, nupſit. Auguſtæ honores etiamſi privata, ſemper obtinuit; a fratre Commodo in exilium miſſa, deinde occiſa eſt. Ejus nummi obvii ſunt; ad quam pertinent illi omnes, quibus LUCILLA AUGUSTA, inſcriptio eſt, non autem ad Lucillam Ælii, ſolo Cæſaris nomine inſigniti.

LVCILLA. AVGVSTA. Caput Lucillæ.
DIANA. LVCIFERA. Figura muliebris ſtolata ſtans, utraque manu facem tenens.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus eſt.

PORT. RED. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra temonem, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus primi moduli quamvis ad Verum ejus conjugem pertinere videatur, inter raros, ut typus inſolens, haberi debet.

HILARITAS. Figura muliebris palmam oblongam dextra tenens, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus primæ formæ inter rariores collocandus eſt.


IV.

Digitized by Google

IVNONI. REGINAE. Figura muliebris ſedens, dextra florem gerit.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores computandus.

LVCILLAE. AVG. ANTONINI. AVG. F. Caput Lucillæ.
MATRI. MAGNAE. Figura muliebris capite turrito, ſedens inter duos leones, tympanum inter dextram, & genu ſuſtinet.
Hic nummus primæ formæ inter rariores habendus eſt.

Similis ſine literis, ab ill. Spanhemio vulgatus eſt, Attine cum pileo Phrygio adſtante.
Comes Mediobarbus in Occone ſuo nuper edito fruſtra Lucillæ Ælii Cæſaris uxori nummos tribuere conatur, omnes enim cum Lucillæ nomine ad Lucillam L. Veri uxorem attinent, nulli vero ad Lucillam Ælii, quæ nunquam AVGVSTA *appellata eſt.*



COM-

Digitized by Google



COMMODUS, M. Aurelii, & Fauſtinæ junioris filius, decimo nono ætatis anno imperium occupavit, Germanicus jam appellatus ob expeditionem ab eo in Germaniam ſuſceptam, ſpe patrem fruſtratus ad omnem laſciviæ, iniquitatiſque ſpeciem progreſſus eſt. Tandem poſt ſæviſſimam tyrannidem, facta in eum conſpiratione, anno imperii decimo tertio ſtrangulatus eſt, extincta in illo Antoninorum familia. Ejus nummi obvii ſunt.

IMP. CAES. M. ANT. COMMODVS. AVG. Caput Commodi laureatum.
ADVENTVS. AVG. IMP. IIII. COS. II. P. P. Imperator eques paludatus, dextram in ſublime attollens.
Hic nummus primi moduli rarus eſt.

ANNIVS. VERVS. CAES. ANTONINI. AVG. FIL. Caput Annii Veri, fratris Commodi, ſine laurea.
Hic nummus primam magnitudinem fere attingens eximiæ raritatis, & elegantiæ eſt.

APOL.

Digitized by Google

APOL. MONETAE. P. M. TR. P. XVI. IMP. VIII. COS. VI. Apollo nudus ſtans dextram capiti admovet, cubito columnæ innixo, ſiniſtra ſpicas gerit.
Hic nummus primæ, & ſecundæ formæ rarus eſt.

APOL. PAL. in aliis, PALAT. IMP. VIII. TR. POT. XIII. COS. V. Apollo veſte ornatus, dextra pateram, ſiniſtra lyram geſtat.
Hic nummus primi moduli rarus eſt, ſed ſecundi rarior habetur.

AVCTOR. PIETAT. P. M. TR. P. XIIII. IMP. VIII. COS. VI. P. P. Figura muliebris ſtolata ſtans coram ara, dextra pateram.
* *Vapulat Vaillantius a Bandurio pag.* LXXIIII. *Biblioth. Numm. quod junxerit Conſulatum* VI. *Commodi cum Tribunitia poteſtate* XIIII. *quum Commodus non inierit Conſulatum* VI. *niſi anno Tribunitiæ poteſtatis* XV. *Deleatur itaque nota numeralis* I. *quam forte ex errore exſcriptor addiderat, & legatur* TR. P. XIIII. IMP. VIII. COS. V. P. P.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus eſt.

BRIT. P. M. TR. P. VIIII. IMP. VI. COS. IIII. Figura muliebris tunicata ſtans, dextra gladium, ſiniſtra coronam gerit.
Hic nummus primæ formæ ſingularis eſt, & perelegans.

BRITANNIA. P. M. TR. P. X. IMP. VI. COS. IIII. P. P. Figura muliebris galeata ſedens, dextra caduceum, læva haſtam, & clypeum.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores collocandus.

COS. VII. P. P. Quatuor figuræ in nummo. Imperator coronatus a victoria manum porrigit Serapidi, cui adſtat Iſis dextra ſiſtrum, ara intermedia.
Hic nummus mediocris rariſſimus eſt.

FAVSTINA. AVG. PII. FIL. AVG. Caput Fauſtinæ junioris.
Hic nummus primæ magnitudinis rariſſimus eſt.

FELICIA. TEMPORA. Quatuor pueruli anni tempeſtates deſignantes.
Hic nummus primi moduli inter præſtantiſſimos, & elegantiſſimos reponendus eſt.

FE-

Digitized by Google

FELICITATI. CAES. Triremis prætoria cum ſex remigantibus.
Hic nummus ſecundi moduli e rariorum numero eſt.

FELICITATI. PERPETVAE. AVG. COS. V. P. P. Mulier ſtans læva haſtam, dextram Imperatori togato ſtanti porrigit: ipſe ſiniſtra cornucopiæ gerit.
Hic nummus primæ formæ pro raro habetur.

FID. EXERCIT. P. M. TR. P. XI. IMP. VII. COS. V. P. P. Imperator paludatus ſtans in ſuggeſtu, adloquitur milites.
Hic nummus primi moduli rarus eſt. Variæ ſunt epigraphæ, & typi.

FORTVNAE. MANENTI. In aliis MANENT. P. M. TR. P. XIIII. COS. V. P. P. Figura muliebris ſedens, dextra capiſtro equum retinens, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus mediocris rarus eſt, ſed primæ magnitudinis inter præſtantiores ſcribendus.

HERC. COMMODIANO. TR. P. XVI. COS. VII. Hercules ſtans dextra ſacrificat ſuper aram ignitam coram arbore leonis ſpoliis ornata, læva cornucopiæ gerit.
Hic nummus ſecundi moduli rarus eſt, ſed primi rarior.

HERCVL. ROMANO. AVG. Hercules læva clavam, & ſpolia leonis, dextram imponens trophæo.
Hic nummus non tam obvius primæ, quàm ſecundæ formæ.

HERCVL. ROMAN. AVGVST. Clava in laurea.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores collocandus, ſecundæ tritus, & frequens.

HERCVLI. ROMANO. AVG. Arcus, pharetra, & clava.
Hic nummus in parte anteriori caput Commodi pelle leonis coopertum habens, primæ formæ rarus eſt, ſecundæ vulgaris, & obvius.

HERC. ROM. CONDITORI. P. M. TR. P. XVIII. COS. VII. P. P. Hercules agens boves, ſiniſtra clavam, & ſpolia leonis.
Hic nummus, cum pelle leonis in parte antica, primi moduli inter rariores collocatur, ſecundi pro raro habetur.

IOVI. EXSVPER. P. M. TR. P. XIIII. COS. V. P. P. Jupiter ſedens, dextra pateram, pro pedibus aquila.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis rarus, ſed primæ rarior eſt.

IOVI. DEFENSOR. SALVTIS. AVG. COS. III. P. P. Jupiter nudus ſtans ſeptem trionibus, ſeu ſtellis circumdatus, dextra fulmen gerit.
Hic nummus primæ formæ rariſſimus eſt.

I. O. M. SPONS. SECVRIT. AVG. Jupiter ſtans cum pallio, dextra Commodum togatum fovet, ſiniſtra fulmen geſtat.
Hic nummus primæ formæ inter rariſſimos locum habet.

ITALIA. P. M. TR. P. X. IMP. VII. COS. IIII. Figura muliebris, capite turrito, inſidet globo, dextra cornucopiæ, læva ſceptrum.
Hic nummus ſecundi moduli rarior eſt, quàm primi.

IVNONI. SISPITAE. TR. P. II. IMP. II. COS. Juno ſtans capite pelle caprina amicto, telum contra ſerpentem vibratura, ſiniſtra clypeum gerit.
Hic nummus primæ formæ inter raros locum habet.

LIBERALITAS. AVG. Commodus ſedens in ſubſtructione diſtribuit congiarium, adſiſtentibus aliis figuris.
Hic nummus primæ formæ pro raro numeratur, ſed ſecundæ inter rariores adſcribitur.

LIB. AVG. IIII. TR. P. VI. IMP. IIII. COS. III. P. P. Quatuor figuræ pro congiario diſtribuendo.
Hic nummus primi moduli inter raros locum habet.

LIBERAL. AVG. VI. P. M. TR. P. XI. IMP. VII. COS. V. P. P. Imperator ſedet pro congiario, a dextris ſtat Liberalitas, ponè Præfectus, ſcalam aſcendit Romanus.
Hic nummus primi moduli pro raro numerandus eſt.

MAGNIFICENTIAE. AVG. COS. III. P. P. In laurea.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis inter rariores computandus eſt.

MA-

Digitized by Google

MATRI. DEVM. CONSERVAT. In aliis TR. P. XVI. IMP. VIII. COS. VII. Cybele leone vecta, dextra tympanum, læva ſceptrum gerit.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt.

MAVRETANIA. In aliis P. M. TR. P. &c. Figura virilis cum pileo in capite, dextra capiſtro equum retinens, ſiniſtra baculum.
Hic nummus primæ magnitudinis rariſſimus eſt.

* MON. AVG. P. M. TR. P. XIIII. COS. V. P. P. Tres monetæ ſtantes cum attributis.
(1) *Hic nummus primæ formæ rarus eſt.*

* OPTIME. MAXIME. Jupiter ſtans dextra fulmen, ſiniſtra haſtam, pro pedibus aquila. In imo COS. V. P. P.
(2) *Hic nummus ſecundæ formæ rarus, & elegans eſt.*

PIETATI. SENATVS. COS. V. P. P. Duæ figuræ togatæ dextras ſibi jungentes.
Hic nummus ſecundi moduli rarior eſt, quàm primi.

P. M. TR. P. VI. IMP. IIII. COS. III. P. P. LIB. AVG. IIII. Congiarium cum quatuor figuris.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt.

* P. M. TR. P. XI. IMP. VII. COS. V. P. P. Janus bifrons in Templi veſtibulo dextra haſtam.
(3) *Hic nummus primi moduli non obvius.*

P. M. TR. P. XV. IMP. VIII. COS. VI. Imperator paludatus in quadrigis triumphalibus ſiniſtra ſcipionem eburneum tenet.
Hic nummus, etſi mediocris formæ, inter raros numeratur.

P. M. TR. P. XVII. IMP. VII. COS. VI. P. P. Imperator paludatus ſtans, a victoria coronatus, globum porrigit Romæ etiam ſtanti, prope quam figura muliebris dextra caduceum gerens.
Hic nummus primæ formæ elegantiſſimus eſt.

N 2 P. M.

(1) Apud Franciſcum Palatium.
(2) Apud Franciſcum Ficoronum.
(3) Apud Franciſcum Palatium.

Digitized by Google

P. M. TR. P. ut ſupra. Imperator togatus coronatur a victoria, dextram porrigit Oſiridi, quem comitatur Iſis, dextra ſiſtrum tenens. *Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores habetur.*

PROFECTIO. AVG. IMP. IIII. COS. II. P. P. Imperator eques dextra pilum, præeunte milite, tribus aliis ſubſequentibus. *Hic nummus primæ formæ conſpicuus eſt, & inter rariores numerandus.*

PROVID. AVG. P. M. TR. P.... COS. V. P. P. Navis cum duobus velis expanſis. *Hic nummus primi moduli, ut & ſecundi rariſſimus eſt. Alter typus cum velo nobis occurrit, ſed literæ erant exceſæ.*

* M. COMMODVS. ANT. P. FELIX. AVG. BRIT. Caput Commodi laureatum, ſub quo P. D.
PROVID. AVG. Navis prætoria mediis in fluctibus velis expanſis, in qua milites inſignia militaria ferentes. In ambitu P. M. TR. P. XI. IMP. VIII. COS. V. P. P.
(1) *Hic nummus primi moduli integerrimus, raritate, & elegantia conſpicuus eſt.*

PROVIDENTIAE. AVG. Hercules nudus, pede dextro proræ navis impoſito, ſpicas accipit a figura muliebri cum proboſcide in capite, ſiniſtra ſiſtrum tenente: Hercules clavam trunco arboris impoſitam, læva ſuſtinet. *Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores habendus eſt.*

SAL. GEN. HVM. COS. VI. P. P. Dea Salus baculum ſerpente involutum læva tenens, dextra figuram muliebrem in genua procumbentem ſublevat. *Hic nummus primæ formæ inter raros recenſetur.*

* M. COMMODVS. ANT. P. FELIX. AVG. BRIT. Caput Imperatoris laureatum, ſub quo P. D.
S. P. Q. R. LAETITIAE. C. V. in laurea.
(2) *Hic nummus primi moduli rarus eſt, & elegans.*

TEM-

(1) Apud Antonium Borionum. (2) Apud eumdem.

Digitized by Google

TEMPORVM. FELICITAS. Quatuor pueruli, quatuor anni tempora deſignantes.
Hic nummus primi moduli, & ſecundi inter præſtantiſſimos collocatur.

TR. P. II. COS. P. P. DE. GER. In alio, cum eadem epigraphe, DE. SARM. Trophæum, in cujus imo duo captivi ſedent, manibus ad tergum revinctis.
Hic poſterior nummus priore rarior eſt, præſertim primæ magnitudinis.

Eadem epigraphe, DE. GERM. Congeries armorum.
Hic nummus primi moduli rarus eſt.

TR. P. II. IMP. II. COS. P. P. Figura virilis ſtans dextra equum capiſtro tenet, læva baculum oblongum.
Hic nummus primæ magnitudinis inter raros, & elegantes numeratur.

TR. P. V. IMP. IIII. COS. II. P. P. Imperator paludatus eques, captivum ſupplantans.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt.

TR. P. VI. IMP. IIII. COS. III. P. P. Quadrigæ triumphales, aurigante Imperatore.
Hic nummus primi moduli pro raro numeratur.

TR. P. VIII. IMP. VI. COS. IIII. P. P. Quadrigæ triumphales, in quibus Commodus.
Hic nummus primæ formæ inter rariores locandus eſt.

TR. P. XI. IMP. VII. COS. V. P. P. Imperator in quadrigis triumphalibus, læva ſcipionem eburneum.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus, & elegans eſt.

VIRTVS. AVG. IMP. IIII. COS. II. P. P. Jupiter ſedens ſeminudus dextra haſtam, læva fulmen geſtat.
Hic nummus primi moduli inter rariores locum habet.

VIR-

VIRTVTI. AVG. TR. P. VII. IMP. IIII. COS. III. P. P. Imperator paludatus eques leonem telo confodiens.
Hic nummus primæ formæ inter rariores adſcribendus.

VOT. XX. P. M. TR. P. XV. IMP. VIII. COS. VI. S. C. In laurea.
Hic nummus mediocris rarus eſt.

VOTA. PVB. TR. P. II. COS. Imperator velatus, ſacrificans ſupra tripodem, popa, & tibicine adſiſtentibus.
Hic nummus primæ, & ſecundæ magnitudinis inter rariores adſcribendus.


VOTA. PVBLICA. IMP. II. COS. II. P. P. Imperator, ut ſupra, velatus, & ſacrificans, ſine tibicine.
Hic nummus ejuſdem formæ paululùm ſuperiore rarior eſt.

VOTA. SVSCEPTA. DECENN. Octo figuræ ſacrificantes in aditu templi.
Hic nummus mediocris eximiæ raritatis eſt.

VOTA. SOL. PRO. SAL. P. R. COS. VII. P. P. Imperator velatus, ſacrificans, ut ſupra, cum popa, victimario, & tibicine adſiſtentibus.
Hic nummus primi moduli inter rariſſimos habetur.



CRI-



CRISPINA Brutii Præſentis bis Conſulis filia, uxor Imperatoris Commodi, eidem data eſt propter bellum Scythicum, cùm a Patre Cæſar eſſet renunciatus. An ex eo filios ſuſceperit incertum videtur, ſed in adulterio deprehenſa, in inſulam Capream primo relegata, ubi juſſu Commodi tandem interempta eſt. Ejus nummi obvii, & frequentes.


CRISPINA. AVG. COMMODI. AVG. Caput Criſpinæ cum hac epigraphe non vulgare eſt.
IVNONI. REGINAE. Figura muliebris dextra pateram, ſiniſtra haſtam, pro pedibus pavo.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus eſt.

PVDICITIA. Figura muliebris ſedens, dextra velo vultum obtegit.
Hic nummus primæ magnitudinis ejuſdem eſt raritatis.

Criſpina in nummo perraro in Græcia percuſſo a nobis obſervato, de nomine gentilitio, BRVTIA *appellata eſt.*

PER-

Digitized by Google



PERTINAX interfecto Commodo, in Senatum a Læto Prætorianorum Præfecto cædis conſcio ductus, Imperator, quamvis ſexagenario major, appellatus eſt: vir bonus, ſed militibus inſenſus, quòd eorum petulantiam corrigere ſtudebat, ab ipſis quarto imperii menſe confoditur. Ejus nummi ſecundæ formæ rari ſunt, ſed primæ rariſſimi.

IMP. CAES. HELV. PERTIN. AVG. Caput Pertinacis laureatum.
AEQVIT. AVG. COS. II. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra bilancem, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus primæ, & mediæ formæ rarus eſt.

DIVVS. PERT. PIVS. PATER. Caput Pertinacis ſine laurea.
CONSECRATIO. Aquila inſidens globo.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores habendus. [*Et ſecundæ formæ non minoris raritatis, quàm primæ.*]

CONSECRATIO. Rogus.
Hic nummus primi moduli anteriore adhuc rarior eſt.

DIS. CVSTODIBVS. Figura muliebris ſtans, dextra temonem globo impoſitum, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus primæ magnitudinis rariſſimus eſt.

DIS.

Digitized by Google

* DIS. GENITORIBVS. Cybele turrita, velata, in faciem proſpiciens, dextra pateram ſupra aram extendit, ſiniſtra templum ſuſtinet: pro pedibus adſtat puerulus manibus elatis, globo inſiſtens. (1) *Hic nummus primæ magnitudinis præſtantiſſimus eſt, & ſingularis.*

LAETITIA. TEMPORVM. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra coronam, læva haſtam.
Hic nummus primæ, & mediæ formæ rarus eſt.

LIB. AVG. TR. P. COS. II. Imperator ſedens in ſubſtructione diſtribuit congiarium.
Hic nummus primi moduli eximiæ raritatis, & elegantiæ eſt.

LIB. AVG. TR. P. COS. II. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra teſſeram, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis rariſſimus eſt.

OPI. DIVIN. TR. P. COS. II. Figura muliebris ſedens, dextra ſpicas.
Hic nummus primi, & ſecundi moduli inter rariores computatur.


PROVIDENTIAE. DEORVM. COS. II. Typus eſt diverſus. In aliis figura muliebris ſtolata ſtans, dextram protendens ad globum. In aliis, eadem figura utramque manum verſus aſtrum elevat.
Hic nummus primæ, & mediæ formæ rarus eſt.

VOT. DECEN. TR. P. COS. II. Figura virilis ſtans togata, in aliis velata, ſacrificat coram tripode.
Hic nummus primæ, & mediæ formæ inter raros adſcribitur.

Obſervandum eſt Pertinacem in nummis ex ære medio, ut plurimum corona radiata inſigniri, idque obvium & in aliis Imperatorum nummis.

O JU-

(1) Apud Franciſcum Ficoronum.



JULIANUS, occiſo Pertinace, a prætorianis imperium nundinatus, in Senatum venit, ubi S. C. Tribunitiam poteſtatem accepit; audita in Syria Peſcennii, & in Pannonia Septimii Severi electione, a militibus deſtitutus, a Senatu imperio abrogatus, tertio menſe trucidatur. Ejus nummi primæ formæ elegantes ſunt, ſecundæ rariſſimi.


IMP. CAES. M. DID. SEV. IVLIAN. AVG. Caput Juliani laureatum.
CONCORD. MILIT. Figura muliebris utraque manu ſignum militare.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus, mediæ rariſſimus eſt.

P. M. TR. P. COS. Figura muliebris dextra temonem globo impoſitum, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus primæ formæ rarus, ſecundæ rariſſimus eſt.

RECTOR. ORBIS. Imperator togatus ſtans, dextra globum ſuſtinet.
Hic nummus primi moduli rarus eſt, ex ſecundo illum obſervaſſe non memini.

M. SCAN-

Digitized by Google



M. SCANTILLA Didii Juliani uxor, eodem die, quo maritus imperio potitus eſt, Auguſta Senatuſconſulto renunciata eſt, ſed brevis ejus felicitas. Corpus interfecti Juliani ad ſepulturam ei redditum, in proavi ejus monumento collocavit. Ejus nummi primæ magnitudinis rari ſunt, ſed ex ære medio inter rariſſimos adſcribuntur.

MANLIA. SCANTILLA. AVG. Caput Manliæ Scantillæ.
IVNO. REGINA. Figura muliebris ſtans, dextra pateram, ſiniſtra haſtam puram: pro pedibus pavo.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus eſt, mediæ rariſſimus.

Nullus alius hujus Auguſtæ ex omni metallo typus obſervatur.

Digitized by Google




D. CLARA Didii Juliani, & Manliæ Scantillæ filia, cum matre, Auguſta S. C. appellata eſt: puella formoſiſſima, Corn. Repentino nupſit. Poſt cædem patris, dos, & Auguſtæ titulus ei a Septimio Severo ſublatus eſt, ſed conceſſum patrimonium. Ejus nummi primi moduli inter raros ſedem obtinent: ſecundi, nondum ab antiquariis inſpecti ſunt.

DIDIA. CLARA. AVG. Caput Didiæ Claræ.
HILAR. TEMPOR. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra palmam oblongam, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus primæ formæ ejuſdem raritatis, ac M. Scantillæ eſt.
Idem typus in nummis aureis, & argenteis.

AL-

Digitized by Google



ALBINUS, Cæſaris dignitatem a Septimio Severo recepit, quam aliàs a Commodo recuſaverat. Imperii conſors factus eſt, cùm Severus contra Peſcennium in Orientem abiit, ſed ab ipſo victore,& reduce inſidiis petitus eſt, quibus detectis, ab utraque parte, ad arma palam ventum eſt. Poſt multa prælia vario marte commiſſa, Albinus victus, ſe ipſe percuſſit. Ejus nummi primæ formæ rari ſunt: ſecundæ, inter rariores. [Nummi Albini ſecundæ formæ longe minoris raritatis, quàm primæ.]

D. CLOD. ALBIN. CAES. Caput Albini ſine laurea.
CONCORDIA. Figura muliebris ſedens, dextra pateram, ſiniſtra cornucopiæ gerit.
Hic nummus primæ, & ſecundæ formæ inter raros habetur.

COS. II. Æſculapius ſtans, dextra baculum ſerpente involutum.
Hic nummus mediæ formæ pro raro non habetur, ſed primæ rariſſimus eſt.

FELICITAS. COS. II. Figura muliebris ſtans, dextra caduceum, in aliis pateram, læva cornucopiæ.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis rarus eſt, primæ obvius.

FORT.

Digitized by Google

FORT. REDVCI. COS. II. Figura muliebris ſedens, dextra temonem, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus primi moduli inter rariores, ſecundi pro raro locandus eſt.

MINERV. PACIF. COS. II. Figura muliebris galeata ſtans, dextra ramum, læva haſtam, & ſcutum.
Hic nummus primæ magnitudinis obvius, ſecundæ inter rariores habendus eſt.

PROVIDENTIA. AVG. COS. II. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra radium, ſiniſtra cornucopiæ: pro pedibus globus.
Hic nummus primæ formæ elegantiſſimus eſt.

SAECVLO. FRVGIFERO. Figura Mercurii capite radiato ſtans, dextra caduceum alatum, læva raſtrum gerit.
Hic nummus primi, & ſecundi moduli inter raros numerandus eſt.

SAECVLO. FECVNDO. Figura virilis capite radiato, dextra caduceum alatum, ſiniſtra raſtrum.
Hic nummus primæ, & ſecundæ formæ inter rariores computandus eſt.

G.B. Sint. f.

SE-

Digitized by Google



SEPTIMIUS SEVERUS, ab exercitu Pannonico Imperator ſalutatus, contra Didium Julianum Romam properat, quo occiſo, in Orientem contra Peſcennium Nigrum; eoque interfecto, contra Albinum in Galliam; quo victo & interempto, ſolus imperio potitus eſt. Eboraci in Anglia moriens, anno regni decimo ſeptimo, Caracallam, & Getam filios, Imperatores ſimul teſtamento declaravit. Ejus nummi vulgares, & obvii ſunt.

L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. VIII. Caput Severi laureatum. ADVENTVI. AVG. FELICISSIMO. Imperator eques, præeunte milite.
Hic nummus primi moduli obvius eſt, ſecundi inter rariores adſcribendus.

AFRICA. Figura muliebris ſtolata ſtans, cum proboſcide in capite, dextra ſpicas gerit, pro pedibus leo.
Hic nummus primæ magnitudinis non obvius eſt, ſed ſecundæ rarus eſt.

ANNONA. AVGVSTI. CERES. Figura muliebris, ſiniſtra cornucopiæ, ſtat coram figura muliebri velata ſedente, pateram ſupra aram ignitam, ſiniſtra tædam: dimidia navi intermedia.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis ſingularis elegantiæ eſt.

APOL-

Digitized by Google

APOLLINI. AVGVSTO. Apollo muliebri habitu ſtans, dextra pateram, ſiniſtra lyram.
Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt, ſecundi tantum inter raros locum obtinet.

AVGVSTI. Severus, & Caracalla ſedentes in ſubſtructione, hinc figura togata, illinc figura militaris.
Hic nummus mediæ formæ rariſſimus, & elegantiſſimus eſt.

AVGVSTI. COS. Duo Imperatores ſedent dextra extenſa; iis adſtat mulier, a ſiniſtris Liberalitas.
Hic nummus mediocris inter rariores recenſendus.

DIVVS. SEVERVS. Caput Severi ſine corona.
CONSECRATIO. Rogus.
Hic nummus primæ formæ inter rariores collocatur.

CONSECRATIO. Aquila animam Imperatoris in cœlum gerens.
Hic nummus primæ magnitudinis ſingularis eſt elegantiæ, & raritatis.

DII. PATRII. Bacchus, & Hercules ſtantes.
Hic nummus primi moduli inter rariores habetur.

DIS. AVSPICIB. TR. P. III. COS. II. P. P. Bacchus, & Hercules ſtantes, hic cum clava, & ſpoliis leonis, ille cum cantharo, & hyena pro pedibus.
Hic nummus primæ, & ſecundæ formæ inter raros numeratur.

FELICITAS. SAECVLI. Severus ſedet inter Caracallam, & Getam in ſubſtructione, adſtat Liberalitas, & alia figura aſcendit ad congiarii diſtributionem.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis rarus, primæ rariſſimus, & præſtantiſſimus eſt.

FIDEI. LEG. TR. P. COS. Figura muliebris ſtans, dextra victoriolam, ſiniſtra ſignum militare.
Hic nummus primi, & ſecundi moduli rarus eſt.

IN-

INDVLGENTIA. AVGG. IN. CARTH. Cybele equo vecta, capite turrito, dextra ſceptrum, læva tympanum.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus eſt, ſecundæ tritus, & frequens.

IVLIA. PIA. FELIX. Caput Juliæ piæ, Severi uxoris.
Hic nummus primæ magnitudinis eximiæ raritatis eſt.

LEG. XIIII. GEM. M. V. TR. P. COS. Duo ſigna militaria, ſeu cohortium, aquila legionaria intermedia.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt.

LIBERALITAS. AVGVSTI. Imperator in ſubſtructione ſedet, hinc Liberalitas, inde figura militaris ſtans, alia in imo.
Hic nummus primæ formæ inter rariores computandus.
Congiarium ſepties diſtribuiſſe Septimium Severum conſtat ex nummis; hic ſolus in ære nobis ſuperſtes typus cum plurimis figuris.

LIBERALITAS. AVG. IIII. Mulier ſtolata ſtans, dextra teſſeram, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus mediocris rarus eſt.

* LIBERALITAS. AVG. VI. Mulier, ut in ſuperiore.
(1) *Nummus hic ſecundi moduli rarus eſt, & elegans.*

COS. III. LVD. SAEC. FEC. Bacchus, & Hercules ſtantes cum attributis.
Hic nummus mediæ formæ inter rariores reputandus.

COS. III. LVD. SAEC. FEC. In cippo, hinc, & illinc Bacchus, & Hercules cum attributis.
Hic nummus mediæ formæ rariſſimus eſt.

Eadem epigraphe. Imperator togatus ſtans, dextra pateram, ſiniſtra cornucopiæ: ante eum duæ figuræ, & pone tres.
Hic nummus mediocris rariſſimus eſt.

P MV-

(1) Apud Franciſcum Ficoronum.

MVNIFICENTIA. Elephas.
Hic nummus primi moduli rarus eſt, ſecundi non obvius.

COS. III. P. P. OB. ALIM.... Mulier ſtolata ſtat, dextra globum, ſiniſtra cornucopiæ; & adſunt ſex figuræ hinc tres, inde aliæ manum attollentes.
Hic nummus mediocris raritatis eximiæ eſt.

* PART. ARAB. PART. ADIAB. Trophæum: hinc, inde duo captivi humi decumbentes, manibus poſt terga revinctis. In imo COS. II. P. P.
(1) *Hic nummus primæ formæ rarus eſt, & elegans.*

P. M. TR. P. XII. COS. III. P. P. Navis Prætoria.
Hic nummus primæ formæ rarior eſt mediocri.

P. M. TR. P. XIIII. Portus duabus turribus præmunitus, in cujus medio navicula.
Hic nummus mediocris inter rariores adſcribendus eſt.

* SEVERVS. PIVS. AVG. Caput Severi laureatum, cum ægide ad pectus.
P. M. TR. P. XV. COS. III. P. P. Imperator eques dextrorſum gradiens habitu pacificatoris, dextra haſtam, ſiniſtra habenas.
(2) *Hic nummus primi moduli inter rariores ponendus.*

* Eadem epigraphe. Templum duarum columnarum, in quo figura juvenilis ſtans a fronte proſpiciens; ad pedes hinc, inde duo ſerpentes.
(3) *Hic nummus ſecundi moduli rariſſimus eſt.*

P. M. TR. P. XVI. COS. III. P. P. Imperator eques, dextra haſtam.
Hic nummus mediæ formæ inter rariores locum habet.

P. M. TR. P. XVIII. COS. III. P. P. Imperator paludatus, adſiſtentibus duabus figuris militaribus, adloquitur cohortes.
Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt.

P. M.

(1) Apud Antonium Boriònum. (2) Apud eumdem. (3) Apud Franciſcum Ficoronum.

P. M. TR. P. XVIII. COS. III. P. P. Imperator paludatus ſtans cum quatuor aliis figuris militaribus, pro pedibus Imperatoris captivus humi proſtratus.
Hic nummus primi moduli inter rariores numerandus eſt.

* Eadem epigraphe. Imperator ſtans in ſuggeſtu inter duos filios adloquitur tres milites, inſignia militaria, & palmas ferentes.
(1) *Hic nummus primi moduli raritate, & elegantia ſpectabilis.*

Eadem epigraphe. Duæ figuræ paludatæ ſtantes, tertia velata intermedia.
Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt.

P. M. TR. P. XX. COS. III. P. P. Hercules dextra innixa clavæ, hinc, & inde ſerpens erectus in medio templi.
Hic nummus mediocris inter rariores habetur.

PROFECTIO. AVG. Imperator eques, dextra ſpiculum.
Hic nummus primi moduli rarus eſt.

PROFECTIO. AVG. P. M. TR. P. VI. COS. II. Imperator eques cum tribus militibus.
Hic nummus mediocris formæ inter rariores locandus.

PROF. AVG. P. M. TR. P. XVI. Imperator eques, præeunte, & ſubſequente milite: in aliis, duo ſequuntur.
Hic nummus mediæ formæ præclarus eſt, & inter rariores collocandus.

RESTITVTOR. VRBIS. Imperator paludatus ſtans ſacrificat ante Romam ſedentem.
Hic nummus mediocris rariſſimus eſt.

SAECVLARIA. SACRA. Plurimæ figuræ ſacra facientes coram templo, in imo figura fluvii decumbentis.
Hic nummus primæ magnitudinis rariſſimus eſt.

(1) Apud Antonium Borionum.

SAECVLARIA . SACRA . Duæ figuræ ſacra agentes, tertia intermedia velata.
Hic nummus primi moduli rarus eſt.
Idem typus, cum ſola epigraphe P. M. TR. P. &c. *nummi raritatem minuit.*

* SAECVLO . FRVGIFERO . COS. II. Mercurius ſeminudus ſtans, dextra caduceum tenet, ſiniſtra raſtrum.
(1) *Hic nummus mediocris rarus eſt, & elegans.*

SAECVLO . FRVGIFERO . TR. P.... Mercurius ſtans capite radiato dextra caduceum cum duabus ſpicis, læva raſtrum.
Hic nummus primæ magnitudinis e rariorum numero eſt.

S. C. Imperator togatus ſacra facit cum ſeptem figuris ante templum ſex columnarum.
Hic nummus mediocris eximiæ raritatis eſt.

VICTORIA . AVGVSTI. Imperator eques conculcans captivum præeunte Victoria, & ſubſequente milite.
Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt.

VICTORIAE . AVGG. Victoria in bigis dextra habenas, ſiniſtra palmam.
Hic nummus primi moduli inter raros ponendus. * (2) *Secundi vero moduli inter rariores.*

VICTORIAE . BRITANNICAE. Duæ victoriæ alatæ ſcribentes in clypeo palmæ arbori appenſo, in imo duo captivi, manibus poſt terga revinctis.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt.
Similis typus, cum inſcriptione P. M. TR. P. *&c. non ita elegans, & rarus habetur.*

VIRTVTI . AVG. Virtus ſtans coronat Severum pariter ſtantem dextra victoriolam, ſiniſtra haſtam gerentem.
Hic nummus primi moduli inter raros adſcribendus.

VOTA.

(1) In muſeo D. Apoſtoli Zeno. (2) In eodem muſeo.


Digitized by Google

VOTA . PVBLICA . Duæ figuræ velatæ, ſacra agentes ſuper aram ignitam .
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores habetur .

Eadem epigraphe . Severus, & Caracalla cum ſex aliis figuris, ſacrificant coram templo ſex columnarum .
Hic nummus ſecundi moduli eximiæ raritatis eſt .

VOTA . SVSCEPTA . DECENNALIA . Octo figuræ ſacra facientes ante templum ſex columnarum .
Hic nummus mediocris rariſſimus eſt .

Eadem epigraphe . Sacrificium ſex figurarum ante templum .
Hic nummus primæ formæ eximiæ raritatis eſt .



JU-

Digitized by Google



JULIA natione Syra, Septimii Severi uxor, Antonini Caracallæ, & Septimii Getæ mater, fœmina pulcherrima, quam adulteriis celebrem, & conjurationis conſciam Severus non dimiſit. Ipſi tandem, & filiis ſuperſtes, audita Caracallæ cæde, mortem ſibi Antiochiæ conſcivit. Inter Divas a Senatu relata eſt. Ejus nummi obvii, & triti.

IVLIA. FELIX. AVG. Caput Juliæ Auguſtæ.
AEQVITAS. PVBLICA. Tres mulieres ſtantes, quælibet dextra bilancem, læva cornucopiæ: pro pedibus uniuſcujuſque monticulus.
Hic nummus primæ formæ ſingularis elegantiæ, & raritatis eſt.

DIVA. IVLIA. AVGVSTA. Caput Juliæ velatum.
CONSECRATIO. Anima Juliæ a pavone in cęlum delata.
Hic nummus primi moduli inter rariores numerandus.

FECVNDITAS. Figura muliebris ſeminuda humi decumbens, ſiniſtro brachio frugum calatho innixo, manu vitis racemum gerit; dextra globum tangit, circa quem quatuor pueruli.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis rarus eſt.

FOR-

Digitized by Google

* FORTVNAE. FELICI. Mulier ſedens dextra cornucopiæ, ſiniſtra temonem cum globo, ante quam puerulus ſtans dextra elata cum ſpicis, pone ſellam icuncula Spei ſupra columnam.
(1) *Hic nummus mediocris elegans, & rarus eſt.*

LVNA. LVCIFERA. Mulier circumdata velo in curru a duabus mulis tracto.
Hic nummus primæ formæ inter rariores numeratur, mediæ obvius.

MATER. AVGG. Cybele dextra ſceptrum, ſiniſtra tympano innixa, ſedet in curru a quatuor leonibus vecto.
Hic nummus primæ formæ rarus, ſecundæ non obvius eſt.

MAT. AVGG. MAT. SEN. MAT. PAT. Figura muliebris ſedens, dextra ramum, ſiniſtra baculum.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus, mediæ rarior eſt.

MATER. CASTRORVM. Figura muliebris velata ſtans, dextra pateram, læva haſtam: pone eam, tria ſigna militaria.
Hic nummus ſecundi moduli inter rariores adſcribendus.

MATRI. CASTRORVM. Mulier velata ſtans dextra ſacra facit ante tria ſignia militaria, ſiniſtra acerram gerit.
Hic nummus primæ magnitudinis inter elegantiores adſcribendus.

MATER. DEVM. Cybele ſedens, dextra ramum, ſiniſtra innixa tympano.
Hic nummus primæ formæ rarus, ſecundæ tritus eſt.

PIETATI. AVGVSTAE. Figura militaris, & altera togata dextras ſibi porrigunt, tertia velata intermedia.
Hic nummus primæ formæ, & mediæ inter rariores reputandus eſt.

SEPTIMIVS. SEVERVS. AVG. Caput Severi laureatum.
Hic nummus primi moduli ſingularitatis eximiæ eſt. [*quando legitimus ſit.*]

S. P. Q. R.

(1) Apud Franciſcum Palatium.

S. P. Q. R. Carpentum a duabus mulis vectum.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores ſcribendus.

VENVS. CAELESTIS. Mulier ſedens, dextra globum, ſiniſtra haſtam.
Hic nummus mediocris formæ inter raros numerandus.

VESTA. MATER. Quatuor figuræ muliebres ſacrificantes coram templo, in aliis ſex.
Hic nummus primæ formæ inter rariores collocandus: mediæ formæ non ita rarus eſt, & ſæpe cum ſola hac epigraphe, VESTA, *obſervatur.*

VESTAE. SANCTAE. Figura muliebris ſtans, dextra cornucopiæ, ſiniſtra palladium.
Hic nummus ſecundi moduli rariſſimus eſt.

VOTA. PVBLICA. Duo Imperatores velati ſacra faciunt ſuper aram.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariſſimos collocare oportet.

Obſervandum nummos cum epigraphe, & nomine DOMNA *inter obvios non eſſe relegandos.* [*Obvios eſſe, & minime raros cum eadem epigraphe, & nomine animadvertit Franciſcus Ficoronus.*]

Nummum a nobis pro rariſſimo in fronte inſcriptionis Juliæ Auguſtæ poſitum ſuſtulimus: ut pote nova manu exaratum quod, ipſo attente obſervato, tandem comperimus.



CARACALLA Severi, & Juliæ filius, omnium Imperatorum crudeliſſimus, Plautianum ſocerum interemit: Plautillam uxorem primo relegatam, mortuo deinde ejus filio Antonino, cum filia necari juſſit: Severo patri mortem medicorum ope acceleravit: Getam fratrem ſupra pectus matris confodit: ipſe tandem ſexto imperii anno, a Martiali Centurione, dum oneri levando intenderet, pugione trajectus eſt. Ejus nummi triti, & obvii.

IMP. C. M. AVR. ANTON. PIVS. AVG. Caput Caracallæ laureatum.
ADVENTVI. AVG. Figura equeſtris pacificatoris habitu.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus eſt.

AEQVITATI. PVBLICAE. Tres monetæ ſtantes.
Hic nummus primi moduli inter rariores cenſendus.

ANN. AVGG. SAECVLI. FELICISSIMI. Annona ſtans dextra ſpicas, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus mediocris eximiæ raritatis eſt.

ARCVS. AVGG. Arcus Septimii Severi pulcherrimus cum fornicibus, ad radices montis Capitolini in foro Romano adhuc erectus.
Hic nummus mediæ formæ ſingularis elegantiæ, & raritatis eſt.

* AVGVSTI. COS. Severus, & Caracalla Auguſti in ſubſtructione ſellæ curuli inſidentes ſiniſtrorſum, adſiſtentibus figura togata, & figura militari parazonium tenente a fronte.
(1) *Hic nummus mediæ formæ inſignis præſtantiæ, & raritatis eſt.*

AVGVSTVS. COS. Congiarium cum plurimis figuris.
Hic nummus ſecundi moduli pro rariſſimo habendus eſt.

DIVO. ANTONINO. MAGNO. Caput Caracallæ ſine laurea.
CONSECRATIO. Rogus.
Hic nummus primæ magnitudinis ſingularis elegantiæ, & raritatis eſt.

CONSECRATIO. Aquila.
Hic nummus primi moduli rarior eſt adhuc ſuperiore.

FELICITAS. SAECVLI. Tres figuræ ſedentes in ſubſtructione, cum Liberalitate ſtante, in imo figura togata ſtat.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis rarus eſt.

INDVLGENTIA. AVGG. IN. CARTH. Cybele dextra ramum, ſiniſtra tympanum, leone vecta.
Hic nummus primi moduli inter rariores ponendus, mediæ obvius.

IOVIS. CVSTOS. Templum octo columnarum, in cujus aditu Jupiter cippo impoſitus, dextra fulmen, ſiniſtra haſtam.
Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt.

IOVI. SOSPITATORI. Jupiter dextra fulmen, ſiniſtra haſtam, in templo quadrato.
Hic nummus mediæ formæ inter rariores collocandus eſt.

LIBERALITAS. AVG. Imperator diſtribuens congiarium. Sunt & diverſi Liberalitatis typi.
Primæ rarus, ut & ſecundæ, tertiæ rariſſimus, quartæ obvius, ut & quintæ, ſeptimæ inter rariores, octavæ tritus, nonæ rariſſimus eſt.

COS.

(1) In muſeo D. Apoſtoli Zeno.

COS. LVDOS. SAECVL. FEC. Duæ figuræ una Herculis cum clava, & exuviis leonis, altera Bacchi cum thyrſo, ad cujus pedes tigris.
Hic nummus mediocris inter rariores habendus eſt.

PONTIF. TR. P. VII. PROF. AVG. Imperator eques cum duobus militibus.
Hic nummus primi moduli inter rariores computatur.

PONTIF. TR. P. VIIII. COS. II. Imperator paludatus decurrens, dextra ſpiculum.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis rarus eſt.

PONTIF. TR. P. X. COS. II. Typus idem.
Hic nummus primæ formæ inter rariores collocatur.

* Eadem epigraphe. Navis Prætoria; ad puppim Imperator ſedens, ad proram Vexillifer ſtans cum vexillo.
(1) *Hic nummus primæ magnitudinis conſpicuus eſt, & rarus.*

PONTIF. TR. P. XI. COS. III. Navis Prætoria cum remigantibus, in cujus puppi ſedet Imperator.
Hic nummus primi moduli rarus eſt.

PONTIF. TR. P. XII. COS. III. Duo Imperatores paludati ſtant, dextris extenſis, ſiniſtris haſtas, pro eorum pedibus jacet captivus, manibus poſt terga revinctis, ante, & a tergo Imperatorum tres milites.
Hic nummus primæ formæ inter elegantiores numerandus eſt.

Eadem epigraphe: infra, TR'AIECTVS. Ponte ſuper flumen ſtrato Imperator tranſit, eum comitatur Præfectus prætorii, & ſequuntur quatuor Prætoriani cum ſignis militaribus.
Hic nummus mediocris formæ rariſſimus eſt.

PONTIF. TR. P. XIII. COS. III. Figura paludata porrigens manum alteri togatæ, tertia velata intermedia.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus eſt.

(1) Apud Antonium Borionum.

P. M. TR. P. XVI. IMP. II. COS. IIII. P. P. Circus.
Hic nummus primi moduli inter rariores collocandus eſt.

Eadem epigraphe. Quadrigæ triumphales, diverſi typi, & variæ inſcriptiones.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus, mediæ obvius eſt.

Eadem epigraphe. Imperator in quadrigis coronatur a victoria.
Hic nummus primæ formæ inter rariores computandus eſt.

P. M. TR. P. XVII. IMP. III. COS. IIII. P. P. Imperator ſtans, in ſuggeſtu, adſiſtentibus duabus figuris militaribus, adloquitur cohortes.
Hic nummus primæ formæ inter rariores habendus eſt.

Eadem epigraphe. Imperator paludatus inſidens ſpoliis coronatur a Victoria volitante, dextra victoriolam, pro pedibus Imp. captivus genuflexus.
Hic nummus primi moduli rarus eſt, ſecundi inter rariores.

P. M. TR. P. XVIII. IMP. III. COS. IIII. P. P. Imperator paludatus dextro pede proræ navi impoſito, cui figura muliebris ſpicas porrigit.
Hic nummus primæ formæ non obvius eſt.

Eadem epigraphe. Imperator eques captivum proſternens.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus eſt.

* M. AVREL. ANTONINVS. PIVS. AVG. GERM. Caput Caracallæ laureatum pectore loricato.
P. M. TR. P. XVIII. IMP. III. COS. IIII. P. P. Leo radiatus gradiens dextrorſum, ore fulmen gerens.
(1) *Nummus hic primæ magnitudinis inter præſtantiores, & rariores collocandus.*

P. M. TR. P. XX. IMP. III. COS. IIII. P. P. Quadrigæ triumphales aurigante Sole.
Hic nummus primi moduli rarus eſt, medii obvius.

Eadem

(1) Apud Antonium Borionum.

Digitized by Google

Eadem epigraphe. Diana creſcente Luna in fronte inſignis, & velo circumdata in curru a tauris vecto.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt, mediæ tritus, & frequens.

PROF. AVG. PONTIF. TR. P. XI. Imperator eques dextra ſpiculum.
Hic nummus primæ formæ rarus, ſecundæ obvius eſt.

PROF. AVG. PONT. M. TR. P. XIX. Imperator eques præeunte, & ſubſequente milite cum haſta.
Hic nummus primi moduli inter rariores habendus eſt.

RECTOR. ORBIS. Figura virilis nuda, dextra globum, ſiniſtra haſtam gerit.
Hic nummus primi moduli rarus eſt, mediocris vulgaris, & frequens.

RESTITVTOR. VRBIS. Roma galeata ſedens, dextra palladium, læva haſtam: pro pedibus clypeus.
Hic nummus mediocris inter rariores computandus eſt.

SAECVLARIA. SACRA. Multæ figuræ ſacrificantes coram templo, in imo figura fluvii decumbentis.
Hic nummus primæ magnitudinis ſingulariſſimus, & rariſſimus eſt.

S. C. Imperator eques præeunte, & ſubſequente milite trophæum humeris gerente.
Hic nummus mediocris formæ inter rariores locatur.

* TR. P. XV. COS. IIII. P. P. Navis Prætoria.
(1) *Hic nummus mediocris formæ rarus eſt.*

VICT. BRIT. P. M. TR. P. XIIII. COS. IIII. P. P. Victoria manum trophæo imponens, cui adſtat figura muliebris manibus poſt terga revinctis: in imo captivus.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus eſt.

VIRTVS. AVGG. Imperator paludatus ſtans, dextra victoriolam, ſiniſtra haſtam: coronatur a figura galeata.
Hic nummus mediæ formæ rarus eſt.

VIR-

(1) Apud Franciſcum Ficoronum.

Digitized by Google

P. M. TR. P. XVI. IMP. II. COS. IIII. P. P. Circus.
Hic nummus primi moduli inter rariores collocandus eſt.

Eadem epigraphe. Quadrigæ triumphales, diverſi typi, & variæ inſcriptiones.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus, mediæ obvius eſt.

Eadem epigraphe. Imperator in quadrigis coronatur a victoria.
Hic nummus primæ formæ inter rariores computandus eſt.

P. M. TR. P. XVII. IMP. III. COS. IIII. P. P. Imperator ſtans, in ſuggeſtu, adſiſtentibus duabus figuris militaribus, adloquitur cohortes.
Hic nummus primæ formæ inter rariores habendus eſt.

Eadem epigraphe. Imperator paludatus inſidens ſpoliis coronatur a Victoria volitante, dextra victoriolam, pro pedibus Imp. captivus genuflexus.
Hic nummus primi moduli rarus eſt, ſecundi inter rariores.

P. M. TR. P. XVIII. IMP. III. COS. IIII. P. P. Imperator paludatus dextro pede proræ navi impoſito, cui figura muliebris ſpicas porrigit.
Hic nummus primæ formæ non obvius eſt.

Eadem epigraphe. Imperator eques captivum proſternens.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus eſt.

* M. AVREL. ANTONINVS. PIVS. AVG. GERM. Caput Caracallæ laureatum pectore loricato.
P. M. TR. P. XVIII. IMP. III. COS. IIII. P. P. Leo radiatus gradiens dextrorſum, ore fulmen gerens.
(1) *Nummus hic primæ magnitudinis inter præſtantiores, & rariores collocandus.*

P. M. TR. P. XX. IMP. III. COS. IIII. P. P. Quadrigæ triumphales aurigante Sole.
Hic nummus primi moduli rarus eſt, medii obvius.

Eadem

(1) Apud Antonium Borionum.

Digitized by Google

Eadem epigraphe. Diana creſcente Luna in fronte inſignis, & velo circumdata in curru a tauris vecto.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt, mediæ tritus, & frequens.

PROF. AVG. PONTIF. TR. P. XI. Imperator eques dextra ſpiculum.
Hic nummus primæ formæ rarus, ſecundæ obvius eſt.

PROF. AVG. PONT. M. TR. P. XIX. Imperator eques præeunte, & ſubſequente milite cum haſta.
Hic nummus primi moduli inter rariores habendus eſt.

RECTOR. ORBIS. Figura virilis nuda, dextra globum, ſiniſtra haſtam gerit.
Hic nummus primi moduli rarus eſt, mediocris vulgaris, & frequens.

RESTITVTOR. VRBIS. Roma galeata ſedens, dextra palladium, læva haſtam: pro pedibus clypeus.
Hic nummus mediocris inter rariores computandus eſt.

SAECVLARIA. SACRA. Multæ figuræ ſacrificantes coram templo, in imo figura fluvii decumbentis.
Hic nummus primæ magnitudinis ſingulariſſimus, & rariſſimus eſt.

S. C. Imperator eques præeunte, & ſubſequente milite trophæum humeris gerente.
Hic nummus mediocris formæ inter rariores locatur.

* TR. P. XV. COS. IIII. P. P. Navis Prætoria.
(1) *Hic nummus mediocris formæ rarus eſt.*

VICT. BRIT. P. M. TR. P. XIIII. COS. IIII. P. P. Victoria manum trophæo imponens, cui adſtat figura muliebris manibus poſt terga revinctis: in imo captivus.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus eſt.

VIRTVS. AVGG. Imperator paludatus ſtans, dextra victoriolam, ſiniſtra haſtam: coronatur a figura galeata.
Hic nummus mediæ formæ rarus eſt.

VIR-

(1) Apud Franciſcum Ficoronum.

Digitized by Google


VIRTVS. AVGVSTOR. Virtus ſedens, dextra victoriam, ſiniſtra parazonium innixa clypeo.
Hic nummus primi moduli rarus eſt.

VOTA. PVBLICA. Imperator capite velato, & ſacrificantis habitu ſtat ante aram ignitam, ad cujus ima bos.
Hic nummus medii moduli inter rariores recenſendus.

VOTA. SOL. DEC. PONTIF. TR. P. XI. COS. III. Figura capite velato ſacrificans, tibicine, & victimario adſiſtentibus.
Hic nummus mediocris formæ inter rariores computatur.

PLAU-

Digitized by Google



PLAUTILLA Fulvii Plautiani Prætorianorum Præfecti filia, Caracallæ uxor infauſta, cujus odium ſumma Plautiani auctoritas excitavit; poſt patris cædem in Siciliam relegata, poſt mortem filii ſui Antonini, juſſu mariti cum filia, & Plauto fratre, interempta eſt. Ejus nummi primæ formæ eximiæ ſunt raritatis, & elegantiæ.

PLAVTILLA. AVGVSTA. Caput Plautillæ.
CONCORDIA. AVGG. Figura muliebris ſedens cum patera, & cornucopiæ.
Hic nummus mediæ formæ inter rariores ponendus.

PROPAGO. IMPERI. Caracalla, & Plautilla dextras jungunt.
H'c nummus primæ formæ raritatis eximiæ eſt. [*Nec minoris raritatis, ſecundæ.*]

VENVS. VICTRIX. Figura muliebris ſtans, dextra pomum, ſiniſtra haſtam, pro pedibus icuncula.
Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt.

GE-

Digitized by Google



GETA Severi, & Juliæ filius, natu minor, Cæſar poſt Parthicum bellum a patre appellatus, poſt ejus obitum teſtamento, cum fratre Caracalla, Imperator ſimul renuntiatus eſt. Diviſo ob eorum diſcordiam imperio, facta eſt matris interventu inter ipſos reconciliatio, ſed ab Antonino ſimulata; Geta enim nihil tale ſuſpicans, in matris gremio ab ipſo trucidatur. Ejus nummi primæ magnitudinis rari ſunt, ſecundæ triti, & vulgares.

P. SEPTIMIVS. GETA. CAESAR. Caput Getæ ſine corona.
ADVENTVS. AVG. Imperator in equo pacificatoris habitu.
Hic nummus mediocris formæ præſtantiſſimus eſt.

CASTOR. Figura virilis equum capiſtro retinens.
Hic nummus primæ formæ rariſſimus eſt, mediæ non obvius.

CONCORDIA. AVGVSTORVM. Duæ figuræ velatæ ſacrificantes ſuper aram ignitam.
Hic nummus primi moduli inter rariores collocandus eſt.

CONCORDIAE. AETERNAE. Duæ figuræ paludatæ, utraque ſiniſtra haſtam, dextras jungunt: una ab Hercule, altera a Victoria coronatur.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores reputandus eſt.
Similis typus cum epigraphe P. M. TR. P. &c. *minoris elegantiæ eſt*,

CON-

Digitized by Google

CONCORDIA. MILITVM. Figura paludata ſtans in medio ſignorum militarium, dextra pateram, ſiniſtra haſtam.
Hic nummus mediocris formæ rarus eſt.

DII. PATRII. Hercules cum clava, & exuviis leonis, & Bacchus cum thyrſo, & panthera ſtantes.
Hic nummus ſecundæ formæ inter rariores adſcribendus eſt.

FELICITAS. SAECVLI. Tres figuræ ſedentes in ſubſtructione cum Liberalitate ſtante, in imo figura togata ſtat.
Hic nummus mediæ formæ pro raro habendus eſt.

IOVI. SOSPITATORI. Jupiter nudus, dextra fulmen, ſiniſtra haſtam, in templo duarum columnarum.
Hic nummus primi moduli ſingularis admodum raritatis eſt.

LIBERALITAS. AVGVSTORVM. Mulier ſtans dextra teſſeram, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus primæ formæ inter rariores cenſendus eſt.

LIBERALITAS. AVGG. V. ET. VI. Caracalla, & Geta ſedentes in ſubſtructione, adſtat Liberalitas, in imo alia figura togata.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores collocandus eſt.

SEPT. GETA. CAESAR. PONT. Caput Getæ nudum.
LIBERTAS. PVBLICA. Mulier ſtans dextra pileum, ſiniſtra haſtam.
Hic nummus primi moduli pro raro habetur.

* NOBILITAS. Figura muliebris ſtans dextra innixa haſtæ, ſiniſtra victoriolam ſuſtinet.
(1) *Hic nummus primæ magnitudinis non obvius eſt.*

PONTIFEX. COS. Hercules cum clava, & ſpoliis leonis, ſtat in templo duarum columnarum inter duos ſerpentes dextra innixa baculo, cui involutus eſt ſerpens.
Hic nummus mediocris moduli rarus eſt.

R PON-

(1) Apud Antonium Borionum.

Digitized by Google

PONTIFEX. COS. II. Figura Palladis galeata ſedens, dextra ſerpentem olivæ arbori involutum paſcit, ſiniſtra haſtam gerens; pro pedibus ſphinx, & clypeus, cui noctua inſiſtit.
Hic nummus mediæ formæ rarus eſt, & elegans.

PONTIF. TR. P. II. COS. II. Minerva, & Victoria ſtantes ad aram, cui ſerpens involutus eſt.
Hic nummus primi moduli inter rariores.

Eadem epigraphe. Duæ figuræ velatæ ſacrificantes, Veſta intermedia.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt.

Eadem epigraphe. Duæ figuræ paludatæ, ſiniſtra haſtam, dextras jungunt, a Victoria adſtante ambæ coronantur.
Hic nummus primæ formæ inter rariores ponendus eſt.

Eadem epigraphe. Geta ſtans adſiſtentibus quatuor figuris militaribus; pro pedibus Getæ, captivus humi procumbit.
Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt.

Eadem epigraphe. Geta ſtans in ſuggeſtu cum duabus figuris militaribus, adloquitur cohortes.
Hic nummus primæ formæ præſtantiſſimus, & rariſſimus eſt.

Eadem epigraphe. Caracalla, & Geta ſtantes ex adverſo, prior ab Hercule; alter a Victoria coronatur.
Hic nummus primæ magnitudinis rariſſimus eſt.

PRINC. IVVENT. COS. Tres figuræ equeſtres decurrentes. In aliis, quinque obſervantur.
Hic nummus ſecundæ formæ rarus eſt, & elegans, ſed primæ præſtantiſſimus, & rariſſimus eſt.

SAECVLARIA. SACRA. Caracalla, & Geta cum Severo patre intermedio ſacrificantes coram templo, pone Caracallam lyriſtes, poſt Getam tibicen, in imo figura fluvii decumbentis.
Hic nummus primæ magnitudinis rariſſimus eſt.

SAE-

Digitized by Google

SAECVLARIA. SACRA. Duæ figuræ, quarum una paludata, altera togata, ſacra faciunt coram templo, tertia intermedia.
Hic nummus primæ, & ſecundæ formæ inter rariores cenſendus eſt, in aliis primæ formæ cum hac epigraphe obſervatur P. M. TR. P. II. COS. II.

SECVRITAS. IMPERII. Figura muliebris ſedens, dextram admovet capiti, ſiniſtra haſtam tranſverſam; pro pedibus ara ignita.
Hic nummus mediocris magnitudinis rarus eſt.

VICTORIAE. AETERNAE. AVGG. Caracalla, & Geta togati, ſibi dextras porrigunt, Victoria intermedia.
Hic nummus ſecundæ formæ rarus, primæ inter rariores reponendus eſt.

VICTORIAE. AVGG. Victoria in bigis.
Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt.

VICTORIAE. AVGVSTORVM. Duæ figuræ, quarum una paludata, altera togata, ſibi manus porrigunt, Victoria ſupra trophæum intermedia, quæ utrique coronam imponit.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis inter rariores numerandus eſt.

VICTORIAE. BRITANNICAE. Duæ Victoriæ clypeum palmæ arbori appenſum ſuſtinentes, ut in Septimio Severo.
Hic nummus primæ formæ in Severo rarus eſt, ſed in Geta rariſſimus.

VICT. BRIT. P. M. TR. P. II. COS. II. Victoria alata dextram trophæo imponit, cui figura muliebris alligata eſt; in imo captivus procumbens.
Hic nummus primæ formæ in Caracalla rarus, ſed in Geta præſtantiſſimus, & rariſſimus eſt.

VICT. BRIT. PONT. MAX. TR. P. III. Victoria ſedet, ſiniſtra clypeum gerit.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus eſt.

VOTA. PVBLICA. Geta ſacrificantis habitu, & capite velato, dextra pateram tenet ſupra aram.
Hic nummus primæ magnitudinis pro raro habetur.

Digitized by Google



MACRINUS quarto die poſt occiſum Caracallam, cujus cædis erat conſcius, a militibus Imperator ſalutatus eſt, ſed multi ob ejus avaritiam ipſi infenſi, ad Elagabalum Mæſæ artibus defecerunt, commiſſoque inter eos prælio, fuſæ ſunt Macrini copiæ, & ipſe cum filio Diadumeniano, poſt quatuordecim menſes imperii, interfectus eſt. Ejus nummi primæ formæ rari ſunt, ſecundæ obvii.

IMP. CAES. M. OPEL. SEV. MACRINVS. AVG. Caput Macrini laureatum.

AEQVITAS. AVG. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra bilancem, ſiniſtra cornucopiæ.

Hic nummus ſecundi moduli pro raro, & inſigni recenſetur.

ANNONA. AVG. Figura muliebris ſedens, dextra ſpicas, ſiniſtra cornucopiæ.

Hic nummus primæ, & ſecundæ magnitudinis inter raros, & elegantes habetur.

LIBERALITAS. AVG. Figura muliebris, dextra teſſeram, ſiniſtra cornucopiæ.

Hic nummus primæ formæ inter rariores collocatur.

LIBE-

Digitized by Google

LIBERALITAS. AVGVSTI. Macrinus cum filio ſedent in ſubſtructione, adſtat Liberalitas; in imo figura togata.
Hic nummus primi moduli eximiæ raritatis, & elegantiæ eſt.

PONTIF. MAX. TR. P. Imperator ſtans adloquitur cohortes.
Hic nummus primi moduli eximiæ raritatis eſt.

* IMP. CAES. M. OPEL. SEV. MACRINVS. AVG. COS. Caput Macrini laureatum cum pectore lorica protecto.
PONTIF. MAX. TR. P. P. P. Figura ſedens, ſiniſtra tenet pateram, qua ſerpentem paſcit ex ara aſſurgentem.
(1) *Hic nummus primi moduli rarus eſt.*

PONTIF. MAX. TR. P. II. Quadrigæ triumphales, quibus inſidet Imperator coronatus a victoria.
Hic nummus mediocris moduli rarus eſt, ſed primi rariſſimus eſt.
[*Mediocris moduli potius obvius, quàm rarus.*]

PROVIDENTIA. DEORVM. Figura muliebris ſtolata ſtat, dextra radio globum tangit, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus primæ magnitudinis inter raros numeratur.

VICTORIA. PARTH. COS. II. P. P. Victoria inſidens ſpoliis, dextra clypeum ſuſtentat.
Hic nummus ſecundi moduli rarus, primi inter præſtantiores adſcribitur.

VOTA. PVBLICA. Jupiter nudus dextra fulmen, ſiniſtra haſtam; pro pedibus icuncula.
Hic nummus primæ formæ inter rariores tenendus eſt.


* IMP. CAES. M. OPEL. SEV. MACRINVS. AVG. Caput Imperatoris radiatum.
VOTA. PVBLICA. P. M. TR. P. Mulier ſtans inter quatuor ſigna militaria.
(2) *Hic nummus medii moduli rarus eſt.*

VOTA. PVBL. P. M. TR. P. Mulier ſedens paſcit ſerpentem aræ involutum, læva haſtam.
Hic nummus mediocris moduli pro raro ſervatur.

DIA-

(1) Apud Antonium Borionum. (2) Apud Franciſcum Ficoronum.

Digitized by Google



DIADUMENIANUS Macrini filius, a patre factus Cæſar, ſtatim Antoninus propter milites appellatus eſt. Adoleſcens formoſiſſimus, Caracallæ natali, hora, & ſignis ortus, inde Mathematici illum Imperatorem, aut Imperatoris filium prædicarunt; ſed hæc in ejus exitium, cum patre enim occiſus eſt. Ejus nummi mediæ formæ rari ſunt, ſed primæ inter elegantiſſimos adſcribuntur.

M. OPEL. ANTONIN. DIADVMENIANVS. CAES. Caput Diadumeniani ſine laurea.
PRINCIPI. IVVENTVTIS. Figura paludata ſtans, dextra extenſa, ſiniſtra ſcipionem; pone, duo ſigna militaria: in aliis tria. *Hic nummus ſecundæ magnitudinis rarus eſt, primæ inter rariores reponitur.*

SPES. PVBLICA. Spes dextra florem, ſiniſtra veſtem ſublevans. *Hic nummus ſecundi moduli rarus eſt, primi vero inter rariores habetur, ſed cum ſola epigraphe,* SPES, *rariſſimus eſt.*

ELA-

Digitized by Google



ELAGABALUS abductis a Macrino militibus, Mæſæ ejus aviæ artibus, Antoninus ab iis appellatus eſt, delatis illi imperii inſignibus. Macrino deinde victo, & cum filio interfecto, Elagabalus nuntios Romam miſit, & ſe Caracallæ filium ſcripſit, unde ingens ejus deſiderium; ſed impuriſſimus, & crudeliſſimus Imperator militum odium excitavit, a quibus poſt annum tertium, cum matre interfectus eſt. Ejus nummi primæ formæ rari ſunt, ſecundæ obvii.

IMP. CAES. M. AVR. ANTONINVS. PIVS. AVG. Caput Elagabali laureatum.
ADVENTVS. AVGVSTI. Imperator eques habitu pacificatoris dextram elevans, ſiniſtra haſtam gerit.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis rarus, primæ vero rariſſimus eſt.

AEQVITAS. PVBLICA. Tres monetæ cum attributis.
Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt.

INVICTVS. SACERDOS. AVG. Imperator togatus ſacrificans coram ara ignita.
Hic nummus primæ formæ inter rariores habendus eſt.

LIBE-

Digitized by Google

LIBERAL. AVG. II. in aliis P. M. TR. P. II. COS. II. P. P. Imperator ſedens in ſubſtructione, adſtat Liberalitas, in imo alia figura togata.
Hic nummus primæ, & ſecundæ magnitudinis pro rariſſimo cenſetur.

LIBERALITAS. AVGVSTI. III. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra teſſeram, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt.

Eadem epigraphe. Tres figuræ pro congiario.
Hic nummus primi, & ſecundi moduli rariſſimus eſt.

MVNIFICENTIA. AVG. Elephas.
Hic nummus mediocris inſignis, & præclarus eſt.

* IMP. CAES. M. AVR. ANTONINVS. PIVS. AVG. Caput Elagabali laureatum, cum paludamento ad pectus.
PAX. AVGVSTI. Mulier gradiens dextrorſum ramum dextra elevans, ſiniſtra haſtam tenet.
(1) *Hic nummus primi moduli mole, & elegantia conſpicuus.*

P. M. TR. P. III. COS. III. P. P. Quadrigæ triumphales inſidente Imperatore, & dextra ramum lauri tenente.
Hic nummus primi moduli rarus, ſed ſecundi inter rariores reponendus eſt.

SACERD. DEI. SOLIS. ELAGABAL. Imperator togatus ſacrificans ſuper aram ignitam.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores collocatur, ut & ſecundæ formæ.

Nummi Elagabali, ut diſtinguantur ab iis, qui ad Caracallam ſpectant, in area aſtrum, ſeu ſtellam plerumque habent, eadem enim utriuſque capitis epigraphe.

PAU-

(1) Apud Antonium Borionum.

Digitized by Google



PAULA Julii Pauli Præfecti prætorii filia, uxor Antonini Elagabali, quam duxit, ut celerius pater fieret, cum jam pater patriæ a Senatu dictus eſſet, paulo poſt levi de cauſa ab eodem dimiſſa eſt, eamque juſſit privatam vitam agere, Auguſtæ nomine, & honoribus ei ſublatis, patre ejus in exilium miſſo. Ipſius nummi primæ magnitudinis inter rariores cenſentur: ſecundæ non obvii ſunt.

IVLIA. PAVLA. AVGVSTA. Caput Juliæ Paulæ.
AEQVITATI. PVBLICAE. Tres monetæ dextra bilancem, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus primæ formæ rariſſimus eſt.

CONCORDIA. AETERNA. Imperator dextram porrigens Auguſtæ, figura velata intermedia.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis rarus, primæ autem eximiæ raritatis eſt.

Digitized by Google



AQUILIA SEVERA e templo Veſtalium ab Elagabalo ob formoſitatem ablata eſt, quam in uxorem, Julia Paula repudiata, duxit: inconſtans admodum eam etiam dimiſit, alii, atque alii nupſit, iterumque Aquiliam in palatium reduxit. Ejus nummi ſecundæ formæ non obvii ſunt: primæ inter rariores reputantur.

IVLIA. AQVILIA. SEVERA. AVG. Caput Juliæ Aquiliæ Severæ. AEQVITAS. PVBLICA. Tres monetæ cum attributis.
Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt.

CONCORDIA. Imperator porrigens dextram Auguſtæ, figura intermedia.
Hic nummus mediocris inter rariores ponendus eſt.

LAETITIA. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra pateram, ſiniſtra temonem globo impoſitum.
Hic nummus primæ formæ, ut & ſecundæ, rarus eſt.

AN-



ANNIA FAUSTINA Elagabali tertia uxor exiſtimatur, ad Commodum Imperatorem genus referens, neptis enim erat M. Aurelii, ut Anniæ, & Fauſtinæ nomina confirmare videntur. Hæc Pomponio Baſſo nupſerat, quem ut eam illi eriperet, reum fecit, & occidit: nec ut mariti mortem lugeret, permiſit: ſed admodum mutabilis eam dimiſit, recepta Aquilia Severa, quam paulo ante repudiaverat. Ejus nummi primæ formæ ſunt eximiæ raritatis & elegantiæ: mediocres autem nondum obſervavimus.

ANNIA. FAVSTINA. AVGVSTA. Caput Anniæ Fauſtinæ.
CONCORDIA. Imperator, & Auguſta dextras ſibi porrigunt: in imo, aſtrum Elagabali.
Hic nummus primi moduli eximiæ eſt raritatis, & elegantiæ.

Digitized by Google




SOÆMIAS Antonini Elagabali mater, Syriæ, & Phœniciæ cohortes pro filio contra Macrinum ſuſcitavit, eaſque fugientes e prælio, partim promiſſis, partim convitiis ad victoriam reduxit: mulier formoſa, ſed moribus degener, omnique protervia inſolens, cum Elagabalo interfecta eſt. Ejus nummi primæ formæ rari ſunt: ſecundæ triti.

IVLIA. SOAEMIAS. AVG. Caput Soæmiadis.
MATRI. DEVM. Cybele ſedens cum modio in capite, hinc & inde leo.
Hic nummus primæ, & ſecundæ formæ inter rariores ſcribendus eſt.

MÆ-

Digitized by Google



MÆSA, Imperatorum Antonini Elagabali, & Alexandri Severi avia, Juliæ Soæmiadis, & Mamææ mater, Juliæ Severi ſoror, cum qua, Severo, & Caracalla Imperantibus, ſemper degit in aula, ab ea a Macrino expulſa, Elagabalo Imperium arte, & opibus procuravit, & Alexandro Severo prudentia conſervavit, a quo poſt mortem, inter Divas relata eſt. Ejus nummi obvii, & triti ſunt.

DIVA. MAESA. AVG. Caput Mæſæ velatum.
CONSECRATIO. Pavo Mæſæ animam in cœlos deferens.
Hic nummus primi moduli eximiæ raritatis, & elegantiæ eſt.


* Eadem epigraphe. Rogus.
(1) *Hic nummus primæ formæ rariſſimus eſt.*

IVLIA. MAESA. AVGVSTA. Caput Mæſæ.
IVNO. Figura ſtolata ſtans, dextra pateram, ſiniſtra haſtam puram.
Hic nummus primæ magnitudinis non obvius eſt.

ALE-

(1) Apud Franciſcum Ficoronum.

Digitized by Google



ALEXANDER SEVERUS a Senatu, occiſo Macrino, Cæſar appellatus, deinde ab Elagabalo ejus conſobrino, Mæſæ artibus, adoptatus, poſt ejus cædem Imperator ſalutatus eſt: omni laudum genere dignus, longe, lateque Imperium Romanum propagaturus, devictis jam Parthis, & Perſis, atque comparato contra Germanos exercitu, ſed dolis Maximini a militibus juxta Moguntiam, cum matre trucidatus eſt. Ejus nummi obvii ſunt, niſi Cæſaris titulo inſigniti.

IMP. CAES. M. SEV. ALEXAND. AVG. Caput Alexandri Severi laureatum.

ADLOCVTIO. AVGVSTI. COS. P. P. Imperator paludatus ſtans in ſuggeſtu adſiſtentibus duabus figuris militaribus, adloquitur cohortes.

Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt: mediocris formæ, cum capitibus Alex. Severi, & Mamææ, ſingularis elegantiæ, & raritatis eſt.

IMP. SEV. ALEXAND. SALL. BARB. ORBIAN. AVG. Capita adverſa. Alex. Severi, & Sall. Barbiæ Orbianæ.

CONCORDIA. AVGVSTORVM. Imperator, & Auguſta ſtantes dextras jungunt.

Hic nummus mediocris formæ ſingularis, & eximiæ raritatis eſt.

FELI-

FELICITAS. TEMPORVM. Imperator ſedet, dextra globum tenens, cui Victoria lauream imponit, & coram eo duæ figuræ muliebres ſtantes.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis cum iiſdem capitibus inter elegantiores numerandus eſt.

FIDES. MILITVM. Imperator paludatus, læva haſtam, ſtans coronatus a milite, ſacrificat coram Jove nudo ſtante, dextra fulmen, ſiniſtra haſtam gerente.
Hic nummus primæ, & ſecundæ magnitudinis inter præſtantiſſimos habetur.

INDVLGENTIA. AVG. Imperator paludatus ſtans, dextra pilum, a tergo duo ſigna militaria.
Hic nummus mediocris formæ inter rariores colligendus eſt.

INDVLGENTIA. AVGVST. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra florem, ſiniſtra veſtem ſublevat, ut ſpes vulgo ſignatur.
Hic nummus primi moduli inter elegantiores habetur.

IOVI. VLTORI. P. M. TR. III. COS. II. P. P. Templum pulcherrimum porticibus ornatum, in cujus medio Jupiter ſedens, dextra fulmen, ſiniſtra haſtam gerit.
Hic nummus primæ magnitudinis elegantiſſimus, & rariſſimus eſt.

LIBERALITAS. AVGVST. Imperator ſedens in ſubſtructione pro congiario diſtribuendo.
Hic nummus primi moduli inter rariores habendus.

LIB. AVG. III. Figura muliebris ſtans, dextra teſſeram, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus mediæ formæ rarus eſt.

LIBERALITAS. AVG. IIII. Quatuor figuræ ad congiarium diſtribuendum.
Hic nummus primi moduli inter rariores reponendus eſt. * (1) *Secundi vero moduli inter rariſſimos.*

LIBE-

(1) In muſeo D. Apoſtoli Zeno.

Digitized by Google

LIBERALITAS. AVG. V. Mulier ſtolata ſtans, dextra teſſeram, læva cornucopiæ.
Hic nummus primæ formæ de rariorum numero eſt.

LIB. AVG. PONTIF. MAX. TR. P. V. COS. II. P. P. Quinque figuræ pro diſtributione congiarii.
Hic nummus ſecundi moduli in rariorum ſerie notandus.

MARS. VLTOR. Figura galeata ſtans, dextra innixa clypeo, prope ſignum militare, læva haſtam gerit.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt.

MONETA. RESTITVTA. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra bilancem, ſiniſtra haſtam.
Hic nummus primi moduli inter rariſſimos locum habet.

PERPETVITATI. AVG. Figura ſtolata ſtans, dextra globum, ſiniſtra haſtam.
Hic nummus primi moduli inter rariſſimos locum habet.

PONTIF. MAX. TR. P. II. COS. P. P. Amphitheatrum cum meta ſudante: forinſecus, tres figuræ togatæ: in area, duo gladiatores pugnantes.
Hic nummus primæ magnitudinis inſignis raritatis, & elegantiæ eſt.

* IMP. CAES. M. AVR. SEV. ALEXANDER. AVG. Caput Alexandri laureatum cum paludamento ad pectus.
PONTIF. MAX. TR. P. II. COS. P. P. Amphitheatrum Titi. Ab læva frons templi, ſeu ædiculæ. A dextra figura togata velato capite, cui adſtat figura militaris haſtam tenens; juxta meta ſudans, pone coloſſus capite radiato viſitur. Singulos arcus ſingulæ ſtatuæ ornant, faſtigio amphitheatri per gyrum eminent capita inſpectantium.
(1) *Hic nummus medii moduli, ſed ſolito craſſioris, præſtantiſſimus eſt, & plane ſingularis.*

P. M.

(1) Recens repertus Romæ ad S. Cæſarii.

Digitized by Google

P. M. TR. P. V. COS. II. P. P. Thermæ, ut vulgo creduntur, Alexandrinæ.
Hic nummus primæ, & ſecundæ formæ præſtantiſſimus, & rariſſimus eſt.

P. M. TR. P. VIII. COS. III. P. P. Currus triumphalis aurigante Imperatore.
Hic nummus primæ formæ obvius eſt, ſed mediocris cum militibus hinc & inde adſiſtentibus, & Imperatore in curru a Victoria coronato, ſingularis elegantiæ eſt.

P. M. TR. P. VIII. COS. III. P. P. Imperator ſedens, dextra victoriolam, coronatur a Victoria. Ante Imperatorem ſtat figura militaris, dextra clypeum gerens, in quo VOT. X.
Hic nummus mediocris inter rariores reputandus eſt.

PROFECTIO. AVGVSTI. Imperator eques præeunte Victoria.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt, ſecundæ inter rariores tenendus eſt.

Eadem epigraphe. Imperator eques præeunte Victoria, & duobus ſequentibus militibus.
Hic nummus mediocris eſt rariſſimus.

RESTITVT. MON. Imperator paludatus ſtans, dextra extenſa, ſiniſtra haſtam.
Hic nummus ſecundi moduli non obvius eſt, primi rariſſimus.

ROMAE. AETERNAE. Quatuor figuræ ſacrificantes coram templo exaſtylo. In antica parte capita Alexandri Severi, & Mamææ.
Hic nummus ſecundæ formæ rariſſimus eſt.

SPES. AVGVSTA. Spes læva florem gerens, dextram porrigit militi, duobus aliis ſubſequentibus.
Hic nummus ſecundi moduli eximiæ raritatis eſt.

VICTORIA. AVGVSTI. Imperator eques pacificatoris habitu præeunte Victoria, telum in barbarum immittit, ſequitur miles cum haſta, & clypeo.
Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt.

Digitized by Google



BARBIA ORBIANA uxor Trajani Decii vulgo credita, in elegantis Alexandri Severi averſa parte nummi obſervata, pro legitima ipſius Alexandri uxore, ab Antiquariis pronunciata eſt, de qua licet altum apud Scriptores ſilentium, nummi tamen certiſſima ſunt veritatis monumenta : quod confirmat nummus Trajani Decii in Theſauro Regio, in quo uxor Etruſcilla ex adverſa parte ſcalpta reſtituitur. Vide Epiſt. Petri Seguini. Salluſtiæ nummi primæ, & ſecundæ formæ rari ſunt.

SALL. BARBIA. ORBIANA. AVG. Caput Orbianæ.
CONCORDIA. AVGVSTORVM. Figura muliebris ſedens, dextra pateram.
Hic nummus primæ formæ inter rariores, ſecundæ pro raro ponitur.

Eadem epigraphe. Figura togata, dextram porrigens figuræ muliebri.
Hic nummus primi, & ſecundi moduli rarior eſt ſuperiore.

JU-

Digitized by Google



JULIA MAMÆA Alexandri Severi mater, ſagacitate militum benevolentiam filio conciliavit, induſtria ejus adoptionem cum Mæſa matre promovit, prudentia eum ab inſidiis pœnitentis Elagabali liberavit: fœmina fortiſſima niſi ſplendorem avaritia obſcuraſſet, quæ mortis ſuæ, ut & filii cauſa extitit. Ejus nummi obvii, & frequentes.

* IVLIA. MAMAEA. AVGVSTA. Caput Mamææ.

IMP. ALEXANDER. PIVS. AVG. Caput Severi Alexandri.

(1) *Hic nummus primæ magnitudinis ſingularis elegantiæ, & raritatis eſt.*

FELICITAS. PERPETVA. Figura muliebris ſedens a Victoria coronatur, adſtantibus duabus figuris muliebribus, quarum una haſtam gerit.

Hic nummus ſecundæ formæ raritate, & elegantia præſtantiſſimus eſt.

MATRI. CASTRORVM. Mulier ſtans coram tribus ſignis militaribus.

Hic nummus mediocris rariſſimus eſt.

* TEMPORVM. FELICITAS. Figura muliebris ſtolata ſtans dextrorſum converſa, dextra pateram, ſiniſtra haſtæ innititur. Præcedit alia figura muliebris ſtans cum haſta tranſverſa, pone ſellam ſtat altera figura muliebris ſiniſtra cornucopiæ geſtans.

(2) *Hic nummus mediocris ſingularis elegantiæ, & raritatis eſt.*

T 2 MA-

(1) In muſeo D. Apoſtoli Zeno. (2) Apud Franciſcum Palatium.



MAXIMINUS vaſto, & procero corpore præditus, e gregario milite, ad primas dignitates evectus, ab Alexandro Severo in ſui perniciem exercitui Romano præficitur: excitata enim ſeditione militari, illius artibus, Alexander occiſus eſt, & ipſe Imperator ſalutatus; a Senatu tandem hoſtis ob crudelitatem judicatus, in caſtris a propriis militibus, juxta Aquileam, anno imperii quinto, trucidatus eſt. Ejus nummi frequentes, & obvii.

MAXIMINVS. PIVS. AVG. GERM. Caput Maximini laureatum.
INDVLGENTIA. AVG. Mulier ſtolata ſtans dextram extendit, ſiniſtra haſtam tranſverſam.
Hic nummus ſecundæ formæ inter rariores cenſetur.

LIBERALITAS. AVGVSTI. Mulier ſtans dextra teſſeram, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus primi moduli elegans eſt, ſecundi rarus,

LIBERALITAS. AVG. Imperator ſedens in ſubſtructione cum tribus figuris adſiſtentibus, pro congiario diſtribuendo; ſcalam aſcendit Romanus.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores tenendus eſt.

MAR-

Digitized by Google

MARTI. PACIFERO. Mars galeatus ſtans, dextra olivæ ramum, læva haſtam inverſam geſtat.
Hic nummus primæ formæ pro raro habendus, ſecundæ obvius eſt.

P. M. TR. P. II. COS. P. P. Quadrigæ triumphales aurigante Imperatore a Victoria coronato.
Hic nummus primi moduli inter rariores adſcribitur, ſed ſecundi rariſſimus eſt.

VICTORIA. AVGVSTORVM. Imperator paludatus ſtans dextra victoriam profert figuræ togatæ, adſtant duo milites [in quorum medio ad pedes duo captivi humi ſedentes.]
Hic nummus primi moduli elegantia, & raritate conſpicuus eſt.

VICTORIA. GERMANICA. Imperator paludatus ſtans, coronatur a Victoria, ad cujus pedes captivus.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis non obvius eſt, primæ frequens habetur.

VOTIS. DECENNALIBVS. In corona laurea.
Hic nummus primæ, & ſecundæ formæ inter rariores cenſetur.



PAU-

Digitized by Google



PAULINÆ nominis nulla apud Hiſtoricos mentio pro Maximini uxore, eam tamen eſſe affirmant antiquitatis periti ex ejus nummis pro illius ævi cælatura, & eadem quam in Maximino numiſmatum forma & metallo, præter faciei lineamenta Maximo filio ſimilia. Ipſa primis imperii conjugis annis extincta, inter Divas relata eſt. Ejus nummi primæ formæ rari ſunt, ſecundæ non reperiuntur.

DIVA. PAVLINA. Caput Paulinæ velatum.
CONSECRATIO. Pavo animam Paulinæ in cęlum ferens.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus eſt.

CONSECRATIO. Currus duorum equorum, ſupra quem figura muliebris circumdata velo, dextra tædam.
Hic nummus primæ magnitudinis præſtantia, & raritate ſingularis eſt.

MA-

Digitized by Google



MAXIMUS eximiæ formoſitatis adoleſcens, Maximini Imperatoris, & Paulinæ filius, a patre Cæſar, & imperii particeps factus, devictis Germanis, cognomen Germanici, ut & pater accepit, eandem cum illo ſortem expertus, proditorie juxta Aquileam a militibus interfectus eſt. Ejus nummi primæ,& ſecundæ magnitudinis non omnino vulgares, & triti ſunt.

MAXIMVS. CAES. GERM. Caput Maximi ſine laurea.
VICTORIA. AVGVSTORVM. Figura paludata dextram porrigit figuræ togatæ, hinc & inde adſiſtunt duæ figuræ militares.
Hic nummus primæ formæ rarior, & elegantior eſt nummo ejuſdem typi Maximini patris.

GOR-

Digitized by Google



GORDIANUS pater, Africæ Proconſul, Imperator contra Maximinum Thyſdri appellatus, a Senatu confirmatus eſt, & ipſi numiſmata Romæ percuſſa ſunt, miniſtris Maximini oppreſſis: ſed paulo poſt Capellianus, Mauris, & Numidis militibus collectis, Africanum filium penitus delet, quo cognito, Gordianus pater laqueo vitam finivit. Ejus nummi rariſſimi ſunt, & primæ tantum magnitudinis obſervantur.

IMP. CAES. M. ANT. GORDIANVS. AFR. AVG. Caput Gordiani laureatum.
P. M. TR. P. COS. P. P. Figura togata ſtans, dextra ramum.
Hic nummus primæ magnitudinis pro raro cenſetur. In Africano filio non invenitur.

PROVIDENTIA. AVGG. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra globum radio tangit, columnæ innixa, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus primæ magnitudinis, quoad caput, rariſſimus; quoad partem averſam, obvius eſt: In Africano filio inter rariores numeratur.

RO-

Digitized by Google

ROMAE. AETERNAE. Figura galeata ſedens, dextra Victoriolam, ſiniſtra haſtam.
Hic nummus primæ formæ in Afr. filio obvius [rarus], in patre rariſſimus eſt.

SECVRITAS. AVGG. Figura muliebris ſedens, dextra baculum, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus primi moduli, ſi caput attendas, rariſſimus eſt; ſi partem averſam, obvius. In Afr. juniore rariſſimus.

VICTORIA. AVGG. Victoria alata gradiens, dextra lauream.
Hic nummus primæ formæ pro raro habetur. In Afr. juniore obvius eſt. [*Non obvius eſt.*]

VIRTVS. AVGG. Figura militaris galeata ſtans, dextra clypeo innixa, ſiniſtra haſtam.
Hic nummus primæ formæ inter rariores collocandus. In Afr. juniore frequens eſt. [*Non ita rarus eſt.*]

Cum hactenus Gordiani nummi ex ſecundo modulo Latini non obſervati ſint, nobis Græcos nuper repertos Lectoris oculis ſubjicere nunc liceat.

Α. Κ. Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟΣ. ΣΕΒ. ΑΦΡ. ΕΤΣ. ΣΕΒ. Caput Gordiani ſenioris laureatum.
L. A. Pallas galeata, & tunicata ſtans, dextra inſiſtit clypeo, ſiniſtra haſtam.
L. A. Fortuna ſtolata ſtans, dextra temonem, ſiniſtra cornucopiæ gerit.
L. A. Figura fluvii decumbentis dextra cornucopiæ, læva innixa urnæ aquas vomenti.
L. A. Aquila roſtro coronam tenet.
Hi nummi eximiæ ſunt raritatis, & elegantiæ.



GORDIANUS AFR. junior, cum parente jam ætate provecto Africæ præerat, & cum ipſo imperii particeps factus contra Capellianum Maximini Ducem adverſo marte decertans, vulnere accepto occubuit. Gordiani Afr. junioris nummi ejuſdem ſunt, ac Senioris, elegantiæ, & raritatis. Deſunt etiam latini, ut in patre, nummi ſecundæ magnitudinis.

IMP. C. M. ANT. GORDIANVS. AFR. AVG. Caput Africani junioris laureatum.
PROVIDENTIA. AVGG. Providentiæ typus, ut in patre.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores referendus.

ROMAE. AETERNAE. Roma galeata ſedens, ut in ſeniore.
Hic nummus primi moduli inter rariſſimos collocatur.

SECVRITAS. AVGG. Figura muliebris ſedens, dextra attollens bacillum.
Hic nummus primæ formæ inter rariores collocandus, in Seniore obvius. [Non obvius eſt.]

VICTO-


Digitized by Google

VICTORIA . AVGG. Victoria gradiens, dextra coronam, ſiniſtra lauream.
Hic nummus primæ magnitudinis in patre rarus, in filio rarior.

VIRTVS. AVGG. Figura militaris galeata ſtans, dextra clypeum, ſiniſtra haſtam.
Hic nummus primæ formæ inter rariſſimos habendus eſt.

Nummum, quem in prima hujus libri editione delineari curaveramus, in hac ſuſtulimus, utpote ad Gordianum Pium, ſeu tertium ſpectantem, in quo pro verbo PIVS, *novus artifex ſubſtituerat* AFR. *In Africanis autem obſervandum, ſemper adeſſe vocem* AVGG. *ut in nummis Balbini, & Pupieni, quod ſimul Pater, & Filius Imperatores, ut illi, fuerint renuntiati.*

Uterque Gordianus non Antoninus, ut quidam putant, ſed Antonius, nec nomen Africani ipſis inditum eſt, quod pater Africæ præeſſet, ſed quod originem a Scipione Africano ſe habere ambo gloriarentur.



BALBINUS cum Pupieno Romæ a Senatu , extinctis in Africa Gordianis, contra Maximinum hoſtem nominis Romani declaratum, electus eſt: miſſo contra eum ingenti cum Pupieno exercitu , ipſe pro rerum adminiſtratione Romæ manſit, ſed quum ipſi inter ſe poſtea clam diſſentirent, anno imperii ſecundo, ambo a militibus occiſi ſunt. Ejus nummi primæ formæ rari, ſecundæ rariſſimi ſunt.

IMP. C. D. CAEL. BALBINVS. AVG. Caput Balbini laureatum.
CONCORDIA. AVGG. Figura muliebris ſedens, dextra pateram, ſiniſtra duplex cornucopiæ.
Hic nummus primi moduli inter rariores recenſendus, ſecundæ rariſſimus.

* FIDES. PVBLIC. Duæ dextræ ſe jungentes, caduceo intermedio.
(1) *Hic nummus primæ formæ præſtantiſſimus, & elegantiſſimus eſt.*

IOVI. CONSERVATORI. Jupiter nudus ſtans, dextra fulmen.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis rariſſimus eſt, primæ non obſervatus eſt hactenus.

LIBE-

(1) Apud Antonium Borionum.

LIBERALITAS. AVGVSTORVM. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra teſſeram, ſiniſtra duplex cornucopiæ.
Hic nummus primæ formæ rarus, ſecundæ rariſſimus, & præſtantiſſimus eſt.

LIBERALITAS. AVGVSTORVM. Tres figuræ ſedentes pro congiario diſtribuendo, aliis adſiſtentibus.
Hic nummus primæ magnitudinis inter elegantiores collocatur, raritate tamen inferior eſt nummo Pupieni, eodem typo, & epigraphe ornato.

PAX. PVBLICA. Figura muliebris ſedens, dextra ramum oleæ.
Hic nummus primi moduli in Pupieno obvius, in Balbino autem inter rariores habendus.

P. M. TR. P. COS. II. P. P. Figura togata ſtat, dextra ramum oleæ, ſiniſtra ſcipionem gerens.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt, ſecundæ rariſſimus.

PROVIDENTIA. DEORVM. Mulier ſtans, dextra radium, pro pedibus globus, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus ſecundæ formæ rariſſimus eſt, primæ pro raro habendus.

VICTORIA. AVGG. Victoria alata, dextra coronam, læva ramum.
Hic nummus primi moduli non tam in Balbino, quam in Pupieno, obvius eſt.

VOTIS. DECENNALIBVS. In medio laureæ.
Hic nummus primæ magnitudinis pro raro cenſetur; ſed ſecundæ rariſſimus eſt.

PU-

Digitized by Google



PUPIENUS ob ſummam rei militaris peritiam contra Maximinum a Senatu cum Balbino Imperator appellatus eſt. In eum e Græcia redeuntem ingenti belli apparatu progreſſus, Maximini, & ejus filii cædem accepit, eorumque capita ad ſe perlata Romam tranſmiſit. Eandem etiam cum Balbino, militari ſeditione, ſortem expertus, anno imperii ſecundo occubuit. Ejus nummi primæ formæ, rari ſunt; ſed præſertim cum nomine MAXIMI. Secundæ rariores, ſed elegantia, & ſingularitate, Balbini nummis inferiores.

IMP. CAES. PVPIEN. MAXIMVS. AVG. Caput Pupieni laureatum.
* CONCORDIA. AVGG. Figura muliebris ſtolata dextrorſum ſedens, dextra pateram, ſiniſtra duplex cornucopiæ, quemadmodum in nummo Balbini.
(1) *Hic nummus ſecundi moduli rariſſimus eſt.*

LIBERALITAS. AVGVSTORVM. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra teſſeram, ſiniſtra duplex cornucopiæ.
Hic nummus primæ magnitudinis non obvius eſt, ſecundæ inter rariores habendus.

LIBE-

(1) In muſeo D. Apoſtoli Zeno.

Digitized by Google

LIBERALITAS. AVGVSTORVM. Tres figuræ ſedentes pro congiario, hinc Liberalitas adſtans, & illinc figura militaris, tertia aſcendit.
Hic nummus primæ formæ rariſſimus eſt. Diverſi ſunt typi.

P. M. TR. P. COS. II. P. P. Figura togata ſtans, dextra ramum oleæ, ſiniſtra ſcipionem.
Hic nummus primæ formæ obvius, ſecundæ inter rariores computandus.

Eadem epigraphe. Mulier ſtans, dextra caduceum, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus primi moduli rarus eſt.


PROVIDENTIA. DEORVM. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra radium, ſiniſtra cornucopiæ duplex: pro pedibus globus.
Hic nummus primæ magnitudinis in Balbino obvius, in Pupieno rarus eſt; ſecundæ formæ inter rariores habendus.

SALVS. PVBLICA. Figura muliebris ſedens, dextra paſcit ſerpentem, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus primæ formæ inter rariores recenſetur.

VICTORIA. AVGG. Victoria ſtans, ut in Balbino.
Hic nummus primi moduli obvius; ſecundi rarus eſt.

VOTIS. DECENNALIBVS. In laurea.
Hic nummus primæ magnitudinis pro raro habetur, ſed mediæ formæ rariſſimus eſt.

GOR-



GORDIANUS ſenioris Africani nepos, ſeditione inter Prætorianos, & Populum excitata, Cæſar quindecim annorum factus, imperantibus Balbino, & Pupieno, poſt eorum cædem ſolus imperio potitus eſt. Omnibus corporis, & animi dotibus præditus; contra Perſas profectus, artibus, & inſidiis Philippi, licet victor, anno imperii ſexto, interfectus eſt, ætatis vigeſimo ſecundo. Ejus nummi frequentes, & obvii, cum Cæſaris titulo rari ſunt.

IMP. CAES. M. ANT. GORDIANVS. PIVS. AVG. Caput Gordiani laureatum.
ADLOCVTIO. AVGVSTI. Imperator ſtans in ſuggeſtu cum duabus figuris militaribus, adloquitur cohortes.
Hic nummus primæ magnitudinis præſtantiſſimus, & rariſſimus eſt.

AEQVITAS. AVGVSTI. Tres monetæ ſtantes.
Hic nummus primi moduli inter rariores habendus.

AETERNITAS. AVGVSTI. Statua equeſtris Gordiani.
Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt.

FELICITATEM. PO. R. Mulier ſtans dextra caduceum, læva cornucopiæ,
Hic nummus primæ formæ pro raro computatur.

F I-

Digitized by Google

FIDES. MILITVM. Imperator paludatus eques, inter duo ſigna militaria, dextram elevat.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores adſcribitur.

LIBERALITAS. AVGVSTI. III. Imperator ſedens in ſubſtructione, pone eum figura togata, & altera paludata, adſtat Liberalitas, & aſcendit Romanus.
Hic nummus ſecundi moduli inter rariſſimos numerandus.

LIBERALITAS. AVGVSTI. IIII. Tres figuræ ſedentes pro congiario, cum aliis figuris ſtantibus.
Hic nummus primi moduli ſingularis elegantiæ, & raritatis eſt.

LIBERALITAS. AVGVSTI. V. Mulier ſtolata ſtans, dextra teſſeram, læva cornucopiæ.
Hic nummus primæ formæ inter rariores numerandus.

MART. VICTOR. Figura velata, ſubſequentibus duabus aliis, ſacrificans coram templo, in cujus periſtylio ſcriptum legitur ΘΕΟΥ ΟΠΛΟΦΟΡΟΥ: ante Imperatorem popa cum victima.
Hic nummus mediocris formæ eximiæ raritatis, & elegantiæ eſt.

* IMP. GORDIANVS. PIVS. FEL. AVG. Caput Gordiani laureatum cum paludamento ad humeros.
PAX. AETERNA. Figura muliebris dextrorſum gradiens ramum dextra gerens, ſiniſtra haſtam.
(1) *Hic nummus ſi typum ſpectes, obvius eſt, ſi vero molem, & artificis excellentiam, rarus, & ſingularis eſt.*

M. ANT. GORDIANVS. CAES. Caput Gordiani ſine laurea.
PIETAS. AVGG. Inſtrumenta Pontificalia.
Hic nummus primi moduli pro raro recenſetur.

* PONTIF. MAXIM. TR. P. II. COS. P. P. Roma galeata ſedens, ſiniſtra haſtæ innixa, clypeo ſellæ adpoſito, dextra tradit globum figuræ togatæ ex adverſo ſtanti, cum alia figura adſtante, tertia figura intermedia cum ſigno militari.
(2) *Hic nummus ſecundi moduli rariſſimus eſt.*

(1) Apud Antonium Borionum. (2) In muſeo D. Apoſtoli Zeno.

Digitized by Google

P. M. TR. P. II. COS. P. P. Quadrigæ triumphales aurigante Imperatore, dextra ſcipionem, in cujus ſummitate aquila.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores collocandus.

P. M. TR. P. III. COS. P. P. Imperator paludatus in equo, dextram elevans, ſiniſtra ſpiculum gerit.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt.

★ PONTIFEX. MAX. TR. P. III. COS. II. P. P. Imperator in quadrigis, dextra ramum, ſiniſtra ſcipionem conſularem tenens, coronatur a Victoria pone ſtante cum palma, duobus militibus præeuntibus.
(1) *Hic nummus mediocris elegantia, & raritate conſpicuus.*

TRAIECTVS. AVG. Super navigia pons, quem tranſit Imperator paludatus, cum militibus, præeunte Victoria.
Hic nummus mediæ formæ rariſſimus eſt.

VICTORIA. AVG. Figura equeſtris paludata, præcedente Victoria, dextra coronam, ſiniſtra palmam.
Hic nummus primæ magnitudinis elegantiſſimus eſt.

VICTORIA. AVGVSTI. Templum rotundum, ante quod ſacrificant plures figuræ.
Hic nummus mediocris inter elegantiores habendus.

VIRTVS. AVGVSTI. Imperator paludatus in equo captivum ſupplantans.
Hic nummus primi moduli inter rariores tenendus eſt.

★ VIRTVS. AVGVSTI. Imperator paludatus thoraci inſidens cum Victoria ipſum pone coronante, dextra extenſa accipit ramum a figura militari adſtante, duplici ſigno militari intermedio.
(2) *Hic nummus mediocris rarioribus adnumerandus.*


VIRTVTI. AVGVSTI. Imperator paludatus ſedens, adſtant duæ figuræ, & alia pone eum.
Hic nummus mediæ formæ rarus eſt.

VOTIS. DECENNALIBVS. In medio laureæ.
Hic nummus primi moduli rarus eſt, mediæ inter rariores numerandus.

TRAN-

(1) In muſeo D. Apoſtoli Zeno. (2) In eodem muſeo.

Digitized by Google




TRANQUILLINA Miſithei prætorio Præfecti filia, Gordiani Pii uxor, in nummis Græcis FURIAE nomine inſignitur, in Romanis SABINIA, non autem SABINA, appellatur: eam ſecundo imperii anno duxit. Ejus nummi eximiæ raritatis ſunt, & in hunc diem, unicum primæ magnitudinis inſpexi.

SABINIA. TRANQVILLINA. AVG. Caput Tranquillinæ.
CONCORDIA. AVGVSTORVM. Imperator dextram porrigit Auguſtæ.
Hic nummus primæ formæ ſingularis elegantiæ, & raritatis eſt, indubitatæ fidei, & contra omnem falſitatis ſuſpectum.
* (1) *Et mediæ formæ indubiæ fidei integritate, & præſtantia conſpicuus.*

* SABINIA. TRANQVILLINA. AVGVSTA. Caput Tranquillinæ.
PVDICITIA. AVG. Figura muliebris ſtolata, dextrorſum ſedens, dextram velo admovet, ſiniſtra haſtam puram tranſverſam tenet.
(2) *Hic nummus primi moduli eximiæ raritatis eſt, & præſtantiæ.*

(1) Apud Franciſcum Landum.

(2) In muſeo D. Apoſtoli Zeno.



PHILIPPUS, Gordiano Pio fraude occiſo, ab exercitu Imperator appellatus, a Senatu ejus litteris decepto confirmatus eſt. Anno Urbis conditæ milleſimo, ludos ſæculares fecit; contra Trajanum Decium, ab exercitu in Pannonia Imperatorem ſalutatum, exercitum ducens, a ſuis Veronæ interficitur, anno imperii quinto. Ejus nummi triti, & vulgares ſunt.

IMP. CAES. M. IVL. PHILIPPVS. AVG. Caput Philippi laureatum.

ADLOCVTIO. AVGG. Duo Imperatores cum figura militari ſtantes in ſuggeſtu, adloquuntur cohortes.

Hic nummus primæ formæ eximiæ raritatis, & pretii eſt. Similis maximi moduli obſervatur cum capitibus Philipporum.

ADVENTVS. AVGG. Imperator paludatus eques dextram elevans, ſiniſtra pilum.

Hic nummus primæ, & ſecundæ magnitudinis non obvius eſt.

LIBERALITAS. AVGG. Duo Imperatores ſedentes in ſubſtructione pro congiario diſtribuendo, aliiſque ſtantibus, & adſiſtentibus figuris.

Hic nummus primi moduli, & ſecundi eximiæ ſingularitatis, & elegantiæ eſt.

LIBE-

LIBERALITAS . AVGVST. III. Mulier ſtolata ſtans, dextra teſſeram, læva cornucopiæ.
Hic nummus primæ magnitudinis in rariorum numero deſcribendus.

MILLIARIVM . SAECVLVM . Cippus, in quo COS. III.
Hic nummus primæ formæ rarus: mediæ rariſſimus eſt.

NOBILITAS . AVGG. Figura muliebris, dextra haſtam puram, ſiniſtra globum.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus eſt.

* P. M. TR. P. IIII. COS. II. Imperator ſedens dextra globum tenet.
(1) *Hic nummus primæ formæ non obvius eſt.*

SAECVLVM . NOVVM . Templum octo columnarum, in cujus medio figura Jovis ſedentis.
Hic nummus primi, & ſecundi moduli non vulgaris eſt. [*Imo tam primi, quam ſecundi moduli triti, & vulgares ſunt.*]

VOTIS . DECENNALIBVS . In medio laureæ.
Hic nummus primæ, & ſecundæ magnitudinis inter rariores collocandus.

OCTA-

(1) Apud Franciſcum Ficoronum.

Digitized by Google




OTACILIA a multis falſo OTACILLA nuncupata, uxor Philippi ſenioris, & Junioris mater, marito, & filio ſuperſtes fuit; hanc Chriſtum coluiſſe ferunt. Ejus nummi vulgares, & obvii ſunt.

MARC. OTACIL. SEVERA. AVG. Caput Otaciliæ Severæ.
IVNO. CONSERVATRIX. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra pateram, ſiniſtra haſtam.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt.
MILLIARIVM. SAECVLVM. Cippus in area nummi.
Hic nummus ſecundæ formæ rarus eſt, primæ rariſſimus. [*Rarus quidem, ſed non rariſſimus.*]
PVDICITIA. AVG. Figura muliebris ſedens, dextra faciem velo obtegit, pro pedibus ejus icuncula ſtat, prætexta inſignis.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis rarus eſt.
* PVDICITIA. AVG. Mulier ſtolata ſedens, dextra faciem velo obducit, ſiniſtra haſtam tranſverſam geſtans, ante quam puer prætextatus dextra elata; pone ſellam mulier ſtolata ſtans, ſiniſtra cornucopiæ, haſtæ dextra adnititur.
(1) *Hic nummus ſecundi moduli rariſſimus eſt.*
SAECVLARES. AVGG. Capra Africana.
Hic nummus primæ formæ inter rariores habendus.

PHI-

(1) Apud Franciſcum Palatium.



PHILIPPUS junior Philippi, & Otaciliæ filius, a patre Cæſar, & conſors imperii factus, nihil movit ob teneram ætatem; nam cum pater adverſus Decium profectus eſſet, Romæ relictus, a Prætorianis, audita parentis cæde, in ſinu matris, anno ætatis duodecimo interfectus eſt. Ejus nummi frequentes, & triti.

M. IVL. PHILIPPVS. NOB. CAES. Caput Philippi ſine laurea.
PIETAS. AVGG. Vaſa Pontificalia.
Hic nummus ſecundi moduli inter rariores recenſendus.

IMP. M. IVL. PHILIPPVS. AVG. Caput Philippi laureatum.
SAECVLARES. AVGG. Hippopotamus.
Hic nummus primæ magnitudinis rariſſimus eſt.

VIRTVS. AVGG. Mars gradivus dextra haſtam, humeris trophæum.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt. [*Imo obvius potius, quam non.*]

VOTIS. DECENNALIBVS. In corona laurea.
Hic nummus ſecundi moduli rariſſimus eſt.

DE-



DECIUS a Philippo contra Marinum miſſus, Marino autem a ſuis militari ſeditione occiſo, ipſe ab exercitu Illyrico Imperator appellatus eſt. Philippus exercitu contra Decium comparato, Veronæ à militibus interfectus, & Decius a Senatu Auguſtus renunciatus eſt, deinde adverſus Gothos Thraciam, & Mœſiam devaſtantes, adverſo marte decertans, anno imperii ſecundo, cum filio Etruſco cæſus eſt. Ejus nummi vulgares ſunt.

IMP. C. M. Q. TRAIANVS. DECIVS. AVG. Caput Decii laureatum.
ADVENTVS. AVG. Imperator eques pacificatoris habitu dextram ſublevans.
Hic nummus primæ, & ſecundæ formæ rarus eſt.

CAES. DECENNALIA. FEL. S. C. In laurea.
Hic nummus primi moduli eximiæ raritatis eſt.

DACIA. FELIX. Figura muliebris dextra ſignum militare.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores recenſendus.

FELICITAS. SAECVLI. Figura muliebris ſtans, dextra caduceum, læva cornucopiæ.
Hic nummus ſecundæ formæ rarus eſt, quamvis maximi moduli obvius ſit.

LIBE-

LIBERALITAS. AVG. Figura muliebris dextra teſſeram, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus primi moduli rarus eſt, mediocris obvius.

LIBERALITAS. AVG. Imperator ſedens in ſubſtructione pro congiario diſtribuendo cum aliis figuris ſtantibus.
Hic nummus primæ formæ rariſſimus eſt.

PANNONIAE. Duæ figuræ muliebres ſtolatæ, & velatæ ſtantes, utraque ſignum militare.
Hic nummus primæ magnitudinis obvius, mediocris inter rariores habendus eſt.

* VICTORIA. AVGG. Victoria ad dextram gradiens, coronam lauream tenet dextra, palmæ ramum ſiniſtra.
(1) *Hic nummus primi moduli inter rariores recenſendus.*

VOTIS. DECENNALIBVS. In medio laureæ.
Hic nummus primi moduli rarus eſt.



(1) Ex Bandurio in muſeo D. Fradet.



ETRUSCILLA Trajani Decii non amplius filia, ut vulgo Antiquariis perſuaſum eſt, ſed pro ejus uxore in locum ereptæ Barbiæ Orbianæ habetur, quod confirmat ſingularis, & elegans Græcus Regis Galliarum nummus, in quo ex adverſo Decii conjugis ſignata occurrit Etruſcilla; ab ea autem ipſius filius Herennius Etruſcus denominatus videtur. Ejus nummi frequentes, & obvii.

HERENNIA . ETRVSCILLA . AVG. Caput Etruſcillæ.
CONCORDIA . AVG. Figura muliebris ſedens, dextra pateram, ſiniſtra cornucopiæ gerit.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus eſt.

PVDICITIA . AVGVSTAE. Figura muliebris ſedet, dextram admovens peplo obvelanti faciem.
Hic nummus mediocris formæ rarus eſt.

* Eadem epigraphe. Pudicitia ſedens a ſiniſtris dextrorſum inter ſalutem, & felicitatem ſtantes.
(1) *Hic nummus ſecundæ formæ propoſitus a Vaillantio ex gaza Regia, & male deſcriptus, rariſſimus eſt, & præſtantiſſimus.*

Q. HE-

(1) Ex Bandurio in muſeo Galliarum Regis.

Digitized by Google



Q. HERENNIUS Traj. Decii, & Etruſcillæ filius, Cæſar a patre factus, ad expeditionem Gothicam cum ipſo properans, Auguſtus appellatus eſt, in quibuſdam rariſſimis argenteis Imperator vocatus; primo conflictu decertans vulnere accepto, occubuit. Ejus nummi primæ formæ pro raris habentur: ſecundæ inter rariores ſunt. [Tam primæ, quam ſecundæ ſunt potius obvii, quam rari.]

* Q. HER. ETR. MES. DECIVS. NOB. C. Caput Herennii ſine laurea. PACI. Templum ſex columnis ſuffultum cum gradibus, & in ima parte S. C.
(1) *Hic nummus primi moduli inter ſingulares recenſendus.*

PIETAS. AVGVSTORVM. Inſtrumenta Pontificalia.
Hic nummus primæ magnitudinis rariſſimus eſt.

PRINCIPI. IVVENTVTIS. Figura muliebris ſedens, ſiniſtra ſellæ innixa, dextra ramum gerit.
Hic nummus primæ formæ in Hoſtiliano obvius, in Q. Herennio inter rariores collocandus.

(1) Ex Bandurio in muſeo D. Fontaine.



HOSTILIANUS Hoſtiliani Imperatoris contra Philippum a Senatu appellati filius, a Decio adoptatus, Cæſar factus eſt; cum autem Decius ad bellum Scythicum cum Herennio properaret Hoſtiliano Romæ relicto, morte eorum comperta a Senatu Imperator renunciatus eſt cum Treb. Gallo, ſed paulo poſt peſte atrocius ſæviente interiit. Ejus nummi primæ formæ rari, præſertim cum Imperatoris titulo: ſecundæ inter rariores ſunt, & ex utroque modulo Herennii nummis elegantiores.

* C. VALENS. HOSTIL. MES. QVINTVS. N. C. Caput Hoſtiliani nudum.

PIETAS. AVG. Mercurius paludatus ſtans, dextra crumenam, ſiniſtra caduceum.

(1) *Hic nummus primi moduli ſingularis eſt.*

C. VALENS. HOSTIL. MES. QVINTVS. AVG. Caput Hoſtiliani ſine laurea.

PRINCIPI. IVVENTVTIS. Figura paludata ſtans, dextra ſignum militare, ſiniſtra haſtam gerens.

Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores habendus, ſecundæ rariſſimus eſt.

PRIN-

(1) Ex Bandurio in muſeo D. Fradet.

Digitized by Google

PRINCIPI. IVVENTVTIS. Figura muliebris ſedens, ramum dextra gerit.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt, ſecundæ inter rariores ponendus.

IMP. CAES. C. VAL. HOSTIL. MES. QVINT. AVG. Caput Hoſtiliani laureatum.
ROMAE. AETERNAE. Roma galeata inſidens ſpoliis, dextra victoriolam, ſiniſtra haſtam, pro pedibus clypeus.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis eximiæ raritatis, & elegantiæ eſt.

* IMP. CAE. C. VAL. HOST. MES. QVINTVS. AVG. Caput Hoſtiliani laureatum cum paludamento ad humeros.
ROMAE. AETERNAE. Roma galeata ſedens ſupra clypeum dextra tenet victoriolam, ſiniſtra haſtæ innititur.
(1) *Hic nummus mediocris, male deſcriptus a Vaillantio, elegans, & rarus eſt.*

SALVS. Figura muliebris ſtolata ſtans dextra pateram, in qua libat ſerpens, ſiniſtra haſtam.
Hic nummus primæ formæ rariſſimus eſt.

SECVRITAS. AVGG. Figura muliebris ſtans dextram verſus faciem elevat, ſiniſtro cubito columnæ impoſito.
Hic nummus primi moduli inter rariores collocatur.

VICTORIA. AVGVSTORVM. Victoria ſtans dextra coronam, ſiniſtra palmam.
Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt.

VOTIS. DECENNALIBVS. In medio laureæ.
Hic nummus primæ magnitudinis præſtantiſſimus eſt.

GAL-

(1) Ex Bandurio in muſeo D. De Rives.

Digitized by Google



GALLUS, Decio, & ejus filio in acie cæſis, Imperator a militibus appellatus, Romæ a Senatu cum Hoſtiliano Auguſtus confirmatus eſt. Hoſtiliano paulo poſt peſte extincto, Voluſianum filium, primo Cæſarem, deinde imperii conſortem adſcivit. Ambo contra Æmilianum profecti, interempti ſunt anno imperii ſecundo. Ejus nummi vulgares ſunt.

IMP. CAES. C. VIB. TREB. GALLVS. AVG. Caput Galli laureatum.
ADVENTVS. AVG. Figura equeſtris dextram elevans.
Hic nummus primæ formæ inter rariores habendus.

* IVNONI. MARTIALI. Figura muliebris ſedens.
(1) *Hic nummus primæ formæ non obvius eſt.*
[*Diverſi ſunt typi cum hac epigraphe, omnes rari.*]

LIBERALITAS. AVGG. Figura muliebris ſtans, dextra teſſeram, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus, ſecundæ rarior eſt.

MAR-

(1) Apud Franciſcum Ficoronum.

★ MARTI. PACIFERO. Figura militaris galeata, ac paludata ad dextram gradiens, dextra elata tenet ramuſculum, ſiniſtra haſtam.
(1) *Hic nummus primi moduli inter ſingulares recenſendus.*

★ PAX. AVG. Figura muliebris ſtolata, & paludata ſtans, dextra demiſſa ramuſculum, ſiniſtra ſceptrum.
(2) *Hic nummus primi, & ſecundi moduli inter rariores cenſendus eſt.*

★ P. M. TR. P. IIII. COS. II. P. P. Figura virilis togata, & velata ſtans ad aram ignitam, dextra pateram, ſiniſtra demiſſa ſceptrum, qua & veſtem colligit.
(3) *Hic nummus primæ formæ inter rariores ponendus eſt.*


★ PRINCIPI. IVVENTVTIS. Figura muliebris ſtolata ſedens a ſiniſtris dextrorſum, ramum tenet dextra, ſellæ verò innititur brachio ſiniſtro.
(4) *Hic nummus ſecundæ formæ cum hac epigraphe, & hoc typo in Treboniano Gallo ſingularis eſt.*

VOTIS. DECENNALIBVS. In laurea.
Hic nummus primi moduli obvius, ſecundi rarus eſt.

VO-

(1) Ex Bandurio in muſeo D. Baudelot.
(2) Ex eodem in muſeo D. Fradet.
(3) Ex eodem in muſeo Regis Galliarum.
(4) Ex eodem in muſeo D. Foucault.

Digitized by Google



VOLUSIANUS Treboniani filius, Cæſar, extincto Hoſtiliano, a patre factus eſt conſors imperii, quando uterque contra Æmilianum in Mœſia Imperatorem appellatum, profectus eſt: ſed ambo deſerentibus eos militibus interempti ſunt. Ejus nummi pro obviis habentur, niſi Cæſaris nomine inſigniti.

IMP. CAE. C. VIB. VOLVSIANO. AVG. Caput Voluſiani laureatum.
IVNONI. MARTIALI. Templum, in quo figura ſedens.
Hic nummus primæ, & ſecundæ magnitudinis pro raro habetur.

IMP. CAE. C. VIB. VOLVSIANVS. AVG. Caput Voluſiani laureatum.
LIBERALITAS. AVGG. Mulier cum teſſera, & cornucopiæ.
Hic nummus primi moduli rarus eſt.

* IMP. CAE. C. VIB. VOLVSIANO. AVG. Caput Voluſiani laureatum.
Sine epigraphe. Sphinx a dextris ſiniſtrorſum; in ima parte L. IA.
(1) *Hic nummus primæ formæ ſingularitate præſtantiſſimus eſt.*

C. VIB.

(1) Ex Bandurio in muſeo D. Boullet.

Digitized by Google

C. VIB. VOLVSIANO. NOB. C. Caput Voluſiani ſine laurea.
PRINCIPI. IVVENTVT. Figura paludata ſtans, dextra haſtam, læva ſignum militare.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt.

* IMP. CAES. C. VIB. VOLVSIANO. AVG. Caput Voluſiani laureatum.
PRIÑCIPI. IVVENTVTIS. Imperator paludatus ſtans, dextra ſceptrum, ſiniſtra haſtam.
(1) *Hic nummus primæ formæ rarus eſt.*

VOTIS. DECENNALIBVS. In laurea.
Hic nummus primi moduli non obvius: ſecundi inter rariores collocandus.

(1) Apud Franciſcum Ficoronum.

Digitized by Google



ÆMILIANUS, Scythis victoria, & Deciorum cæde inſolentibus, Romanas provincias vaſtantibus, fugatis, Imperator a militibus electus eſt: ad eum opprimendum Gallo, & Voluſiano exercitum ducentibus, interfectis, S. C. confirmatus eſt; ſed quum Alpini milites Valerianum elegiſſent, a ſuis tertio imperii menſe occiſus eſt. Ejus nummi rariſſimi ſunt.

IMP. CAES. AEMILIANVS. P. F. AVG. Caput Æmiliani laureatum cum paludamento ad humeros.

AETERNITAS. AVGG. Figura ſtans, dextra globum, cui inſiſtit phœnix.

Hic nummus primæ magnitudinis, licet ſupra Treb. Galli nummum cuſus, inter rariores habendus.

* IMP. CAES. C. IVL. AEMILIANVS. PIVS. AVG. Caput Æmiliani laureatum.

APOLL. CONSERVA. Apollo nudus ſtans, dextra ramum, læva citharam ſaxo impoſitam.

(1) *Hic nummus primi moduli inter rariores collocandus, ſed ob capitis epigraphen rariſſimus, imo ſingularis eſt.*

FI-

(1) Ex Bandurio in muſeo D. Boullet.

Digitized by Google

★ FIDES. EXERCIT. Figura muliebris paludata, ac ſtolata ſtans dextrorſum ſpectans, dextra ſigno militari innixa, ſiniſtra haſtæ.
(1) *Hic nummus primi moduli ſingularis eſt raritatis.*

IOVI. CONSERVAT. Jupiter ſtans, ſiniſtra fulmen.
Hic nummus primæ formæ rariſſimus eſt.

IOVI. CONSERVATORI. Jupiter ſtans ſiniſtra fulmen, dextra Imperatorem pallio tegit.
Hic nummus primæ magnitudinis eximiæ raritatis eſt.

PACI. AVG. Figura muliebris ſtans, dextra ramum, ſiniſtro cubito columnæ innixo haſtam tranſverſam gerit.
Hic nummus primi moduli inter illuſtriores adſignandus.

P. M. TR. POT. Figura togata, & velata ſacrificans.
Hic nummus medii moduli inter elegantiores ſcribendus.

Eadem epigraphe. Figura paludata, ante quam ſignum militare, dextra pateram, ſiniſtra haſtam.
Hic nummus mediocris formæ elegans eſt.

★ P. M. TR. P. P. P. Imperator paludatus ſtans ad aram ignitam, dextra pateram, ſiniſtra ſceptrum; a tergo a dextris ſignum militare erectum.
(2) *Hic nummus mediæ magnitudinis inter rariſſimos collocandus.*

ROMA. AETERNA. Minerva ſtans dextra noctuam, ſiniſtra haſtam, & clypeum.
Hic nummus primæ formæ rariſſimus eſt.

★ *Hunc nummum aliter legit, ac deſcribit Bandurius ex muſeo D. De Camps.*

ROMAE. AETERNAE. Figura muliebris galeata ſtans dextroſum ſpectans, dextra globum, cui phœnix inſiſtit, ſiniſtra haſtam tranſverſam: clypeus a ſiniſtris.

Z 2 SPES.


(1) Ex Bandurio in muſeo D. Fontaine. (2) Ex eodem in muſeo Galliarum Regis.

SPES. PVBLICA. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra florem, ſiniſtra veſtem ſublevat.
Hic nummus primæ, & mediæ magnitudinis inſignis eſt.

VICTORIA. AVG. Victoria gradiens, dextra coronam.
Hic nummus primæ formæ præclarus eſt, & inſignis elegantiæ.


VIRTVS. AVGVSTI. Figura militaris galeata ſtans, dextra ramum, pede ſiniſtro galeæ impoſito.
Hic nummus primæ formæ inſignis eſt, & conſpicuus.

VOTIS. DECENNALIBVS. In laurea.
Hic nummus primæ, & mediæ magnitudinis pro raro numerandus.



VALE-

Digitized by Google



VALERIANUS exercitui præfectus a Decio, Treboniano, & ejus filio interemptis, a militibus Tranſalpinis contra Æmilianum Imperator ſalutatus, poſt ejus cædem a Senatu confirmatur. Gallienum majorem filium, primo Cæſarem, deinde Auguſtum vocavit; contra Saporem Perſarum Regem profectus eſt, a quo captus, poſt longam in carcere detentionem, crudeliſſima morte necatur. Ejus nummi frequentes, & obvii.

CONCORDIA. AVGVSTORVM. Capita Valeriani, & Gallieni adverſa.
ADLOCVTIO. AVGVSTOR. Valerianus, & Gallienus ſtantes in ſuggeſtu cum figura militari, alloquuntur cohortes.
Hic nummus mediæ formæ ſingularitate, & elegantia inſignis eſt.

IMP. C. P. LIC. VALERIANVS. AVG. Caput Valeriani laureatum, cum paludamento ad humeros.
APOLLINI. PROPVG. Apollo nudus ſtans, ſiniſtrorſum ſpectans, utraque manu arcum, veluti ſagittam emiſſurus.
(1) *Hic nummus primi moduli inter rariores recenſendus.*

IMP.

(1) Ex Bandurio in muſeo D. Fradet.

Digitized by Google

* IMP. C. P. LIC. VALERIANVS. P. F. AVG. Caput Valeriani laureatum, cum paludamento ad pectus.
CONCORDIAE. AVGG. Figura muliebris paludata, ac ſtolata ſtans, dextra pateram, ſiniſtra duplex cornucopiæ.
(1) *Hic nummus primæ formæ rariſſimus eſt.*

FELICIT. AVGVSTORVM. Currus triumphalis, in quo Imperator, & duo filii, hinc, & inde miles cum haſtis.
Hic nummus primi moduli raritatis eximiæ eſt.

* IMP. CAES. P. LIC. VALERIANVS. AVG. Caput Valeriani laureatum ad humeros, cum paludamento.
FELICITAS. SAECVLI. Figura muliebris ſtans, dextra haſtam. ſiniſtra cornucopiæ.
(2) *Hic nummus primi moduli inter rariſſimos collocandus.*

IOVI. CONSERVATORI. Jupiter cum pallio ſtans, dextra fulmen, ſiniſtra haſtam.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus eſt.

CONCORDIA. AVGVSTORVM. Capita Valeriani, & Gallieni adverſa.
LIBERALITAS. AVGVSTOR. Figura muliebris ſtans, dextra teſſeram, ſiniſtra cornucopiæ gerit.
Hic nummus mediocris inter rariores habendus.

Eadem capita, & epigraphe.
LIBERALITAS. AVGVSTOR. Valerianus, & Gallienus ſedentes in ſubſtructione pro congiario, aliis figuris ſtantibus.
Hic nummus mediæ magnitudinis ſuperiorem elegantia, & raritate ſuperat.

LIBERALITAS. AVGG. Figura muliebris cum teſſera, & cornucopiæ.
Omnes liberalitatis typi primæ, & ſecundæ formæ rari ſunt.

LIBE-

(1) Ex Bandurio in muſeo DD. Foucault, & Fradet.
(2) Ex eodem in muſeo Magni Etruriæ Ducis.

Digitized by Google

LIBERALITAS. AVG. III. Mulier ſtans, dextra teſſeram, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus primi moduli rarus eſt.

★ IMP. C. P. LIC. VALERIANVS. P. F. AVG. Caput Valeriani laureatum, cum paludamento ad humeros.
MARTI. PACIF. Mars galeatus dextrorſum gradiens, dextra elata ramuſculum, ſiniſtra clypeum, & haſtam.
(1) *Hic nummus primæ magnitudinis raritate, & ſingularitate conſpicuus eſt.*

RESTITVTOR. ORBIS. Imperator paludatus ſtans, dextra mulierem ſublevat, ſiniſtra haſtam.
Hic nummus primi moduli inter rariores numerandus.

★ SALVS. AVGG. Figura muliebris paludata, ac ſtolata ſtans ad aram, dextra pateram, ex qua ſerpentem paſcit, ſiniſtra haſtam.
(2) *Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt.*

★ VENVS. VICTRIX. Figura muliebris ſtolata ſtans, galeam ſuſtinet dextra, ſiniſtra vero haſtam, cui, clypeo humi poſito, innititur.
(3) *Hic nummus mediæ formæ cum rariſſimis numerandus.*

VICTORIA. GERMANICA. Victoria ſtans, dextra ramum, pro pedibus captivus.
Hic nummus primi moduli inter rariores habendus.

VOTIS. DECENNALIBVS. In laurea.
Hic nummus primæ, & ſecundæ formæ non obvius eſt.

MA-

(1) Ex Bandurio in muſeo D. Fradet.
(2) Ex eodem ibidem.
(3) Ex eodem in muſeo D. Foucault.




MARINIANA Valeriani uxor ſecunda, cui Valerianum juniorem peperit, a Sapore Perſarum Rege cum marito capta, ab eo indigne habita, ante Valerianum in detentione ſua occubuit: a Gallieno, & Valeriano juniore, Auguſto a fratre declarato, inter Divas relata eſt. Ejus nummi non ſunt obvii.

DIVAE. MARINIANAE. Caput Marinianæ velatum.
CONSECRATIO. Pavo cauda expanſa.
Hic nummus primæ, & ſecundæ formæ non vulgaris eſt.

CONSECRATIO. Figura Auguſtæ a pavone in cælum delata.
Hic nummus primæ, & ſecundæ magnitudinis rarus eſt.

GAL-

Digitized by Google



GALLIENUS, Valeriani filius major, primum Cæſar, deinde Auguſtus appellatus eſt: patre contra Perſas exercitum ducente, imperium ei commiſſum eſt; Valeriano capto, contra Saporem ille nihil movit, ſed cum ſe deliciis immergeret, in multis provinciis Tyranni contra eum inſurrexerunt; omnibus tandem exoſus, cum fratre, a ſuis, prope Mediolanum, anno imperii decimo quinto, occiſus eſt. Ejus nummi vulgares, & triti.

CONCORDIA. AVGVSTORVM. Capita Valeriani, & Gallieni. ADVENTVS. AVGG. Duo Imperatores in equis, præcedente Victoria, & ſubſequentibus militibus. [Bandurius cenſet Vaillantium perperam deſcripſiſſe capita Valeriani, & Gallieni, ubi deſcribenda ipſi erant capita Gallieni, & Saloninæ.]
Hic nummus mediocris rariſſimus eſt.

* CONCORDIA. AVGVSTORVM. Capita adverſa, Gallieni laureatum ad pectus cum paludamento, & Saloninæ ad pectus cum ſtola. ADVENTVS. AVGG. Imperator eques cum alio equite ad dextram. Victoria præcedit, miles ſubſequitur.
(1) *Hic nummus mediæ formæ rariſſimus, & præſtantiſſimus eſt.*

Aa IMP.

(1) Apud Franciſcum Ficoronum.

★ IMP. GALLIENVS. AVG. CON. Caput Gallieni laureatum ad humeros : a tergo Pegaſus.
ALACRITATI. Pegaſus a dextris ſiniſtrorſum.
(1) *Hic nummus mediocris rariſſimus eſt.*

★ IMP. C. P. LIC. GALLIENVS. AVG. Caput Gallieni laureatum, cum paludamento ad humeros.
ANNONA. AVGG. Figura muliebris ſtans, dextra demiſſa ſpicas ſupra modium, ſiniſtra cornucopiæ.
(2) *Hic nummus primæ formæ inter rariores recenſetur.*

IMP. C. P. LICIN. GALLIENVS. P. F. AVG. Caput Gallieni laureatum.
COHORT. PRAEF. PRINCIPI. SVO. In laurea.
Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt.

CONCORDIA. AVGG. Duæ dexteræ junctæ.
Hic nummus primæ magnitudinis, ut & ſecundæ inter rariores adſcribendus.

DIANA. FELIX. Diana Venatricis habitu ſtans, dextra arcum : pro pedibus canis.
Hic nummus primi moduli inter rariores habendus eſt.

LIBERALITAS. AVGG. Figura muliebris cum teſſera, & cornucopiæ.
Omnes liberalitatis typi pro raris habentur.

★ MARTI. PACIF. Mars galeatus dextrorſum gradiens, dextra elata ramuſculum, ſiniſtra clypeum, & ſpiculum.
(3) *Hic nummus primæ magnitudinis rariſſimus eſt.*

IMP. GALLIENVS. AVG. COS. V. Caput Gallieni laureatum, cum paludamento ad humeros.
MONETA. AVG. Tres monetæ cum attributis.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt. [*Ob capitis epigraphen rariſſimus.*]

GAL-

(1) Ex Bandurio in muſeo D. Fradet.
(2) Ex eodem in muſeo Magni Etruriæ Ducis.
(3) Ex eodem in muſeo Galliarum Regis.

GALLIENVM. AVG. P. R. Caput Gallieni laureatum.
OB. CONSERVATIONEM. SALVTIS. Figura muliebris ſtolata ſtans, læva pateram, dextra ſerpentem.
Hic nummus mediæ formæ ſingularis, & elegans eſt.

GALLIENVM. AVG. SENATVS. Caput Gallieni laureatum.
OB. LIBERTATEM. RECEPTAM. Libertas ſtans, dextra pileum, ſiniſtra haſtam.
Hic nummus mediocris ſummæ elegantiæ eſt.

RESTIT. GALLIAR. Figura paludata ſtans, dextra haſtam, figuram muliebrem in genua procumbentem ſublevat.
Hic nummus primæ magnitudinis rarus eſt.

* RESTITVTOR. ORBIS. Imperator paludatus ſtans, dextram porrigit figuræ turritæ genuflexæ, ſiniſtra haſtam tenet.
(1) *Hic nummus primæ magnitudinis cum rariſſimis collocatur.*

VIRTVS. AVGVSTI. Caput Gallieni galeatum.
SALONINA. AVG. Caput Saloninæ.
Hic nummus medii moduli perrarus eſt.

* S. C. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextra baculum inclinatum, ſiniſtra cornucopiæ, pro pedibus a dextris globus.
(2) *Hic nummus mediocris rarus eſt.*

* S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. In laurea.
(3) *Hic nummus primæ formæ rariſſimus eſt.*

SERAPIDI. COMITI. AVG. Serapis ſtans, dextram attollit, ſiniſtra haſtam puram, pro pedibus Ibis.
Hic nummus primi moduli rarus eſt.

* VESTA. Figura muliebris ſtans, dextra lucernam, ſiniſtra haſtam tranſverſam.
(4) *Hic nummus primæ formæ raritate, & elegantia præſtantiſſimus eſt.*

VOTIS. DECENNALIBVS. In laurea.
Hic nummus mediocris obvius, primæ formæ rarus eſt.

Aa 2 SA-

(1) Ex Bandurio in muſeo D. Foucault.
(2) Ex eodem ibidem.
(3) Apud Franciſcum Ficoronum.
(4) Ex Bandurio in muſeo D. Laiſné.



SALONINA uxor Gallieni, in nummis Græcis Chryſogone vocatur, fœmina formoſiſſima multos marito peperit filios: ante Gallieni cædem e vivis exceſſit. Ejus nummi vulgares, & obvii.

CORNELIA. SALONINA. AVG. Caput Saloninæ.
AEQVITAS. PVBLICA. Tres monetæ cum attributis.
Hic nummus primi moduli inter rariores numerandus.

* FECVNDITAS. AVG. Figura muliebris dextra icunculam ſublevat, ſiniſtra puerum tenet.
(1) *Hic nummus primæ magnitudinis rarus eſt.*


* PVDICITIA. Figura muliebris paludata, ac ſtolata ſedens dextra velum oculis obtendit, ſiniſtra haſtam tenet.
(2) *Hic nummus primæ formæ e rariorum numero eſt.*

VENVS. GENITRIX. Figura muliebris ſtolata ſtans, icunculam dextra, haſtam ſiniſtra, pro pedibus puerulus.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt.

SA-

(1) Apud Franciſcum Ficoronum. (2) Ex Bandurio in muſeo D. Foucault.

Digitized by Google



SALONINUS Gallieni, & Saloninæ filius, a patre Cæſar factus, in Germaniam cum Poſtumo Galliarum exercitui præfecto miſſus, Coloniæ a militibus Gallienum odio habentibus, interfectus eſt artibus Poſtumi, ipſoque Imperatore appellato. Saloninus a patre Romæ conſecratus eſt. Ejus nummi ſecundæ formæ rari, primæ rariſſimi ſunt.


DIVO. CAES. VALERIANO. Caput Salonini.
CONSECRATIO. Rogus.
Hic nummus primæ formæ pro rariſſimo habetur.

CONSECRATIO. Aquila animam Salonini in cœlum ferens.
Hic nummus mediocris inter elegantiores ponendus.

P. C. S. VALERIANVS. NOB. CAES. Caput Salonini nudum, cum paludamento ad humeros.
PIETAS. AVGG. Vaſa Pontificalia.
Hic nummus mediæ formæ inter rariores.

PRINCIPI. IVVENTVTIS. Figura paludata ſtans dextra globum, ſiniſtra haſtam, ad pedes captivus.
Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt.

Digitized by Google



LIC. VALERIANUS Valeriani, & Marinianæ filius, Gallieni ex altera matre frater, a patre abſente creatus Cæſar, a fratre inter patris detentionem Auguſtus appellatus eſt, adoleſcens optimis moribus, & a fratris vitiis longe alienus, cum eo tamen miſere trucidatur. Ejus nummi primæ formæ non obſervantur, ſecundæ rariſſimi ſunt, plurimi Salonini nummi, ei tribuuntur. Qui enim in epigraphe his litteris COR. aut SAL. aut DIVI, nomine gaudent, Valeriani junioris non ſunt, ſed Salonini. [*Videtur hic lapſus Vaillantius, nam in nummis legitur etiam Saloninus cum nomine Licinii.*]

P. LIC. VALERIANVS. CAES. Caput Valeriani junioris.
PRINCIPI. IVVENTVTIS. Figura paludata ſtans dextra globum, ſiniſtra haſtam inverſam gerens.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis rariſſimus eſt.

PO-



POSTUMUS dux Transrhenani limitis, interfecto Salonino Gallieni filio ejus diſciplinæ commiſſo, apud Gallos imperium arripuit; vir fortiſſimus, & Romano dignus imperio, ab iis tandem, a quibus Imperator electus, cum filio, Cæſare renuntiato, anno imperii decimo, agente quodam Lolliano, interemptus eſt. Ejus nummi in Italia rari, in Gallia frequentes, & obvii.

IMP. C. POSTVMVS. P. F. AVG. Caput Poſtumi laureatum, cum paludamento ad pectus.
ADVENTVS. AVG. Imperator paludatus in equo.
Hic nummus primæ magnitudinis inter rariores cenſetur: mediæ tantum inter raros habendus.

EXERCITVS. AVG. Imperator eques galeatus adloquitur milites.
Hic nummus primæ formæ rariſſimus eſt.

EXERCITVS. YSC. Imperator eques adloquitur milites.
Hic nummus mediocris ſummæ raritatis, & elegantiæ eſt.
Yſca urbs Angliæ in regione Silulorum, in qua ſecunda Legio Auguſti hyemabat, quæ fidem Poſtumo præſtitit.

EXER-

Digitized by Google

EXERCITVS. VAC. Imperator eques adloquitur milites.
Hic nummus primi moduli ejuſdem eſt ſingularitatis, & pretii, ac ſuperior.
Vaccei erant populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, per quos Durius fluvius labitur.

FELICITAS. AVG. Arcus triumphalis cum fornicibus.
Hic nummus primæ, & ſecundæ magnitudinis inter elegantiores adſcribendus.

★ FELICITAS. PVBLICA. Figura muliebris paludata, & ſtolata ſtans, dextra caduceum oblongum, ſiniſtra cornucopiæ.
(1) *Hic nummus primæ formæ rariſſimus eſt.*

★ FIDES. EXERC. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ſignum militare dextra, alterum ſiniſtra.
(2) *Hic nummus ſecundæ formæ inter rariores recenſendus.*

★ GERMANICVS. MAX. Trophæum erectum inter duos captivos humi ſedentes.
(3) *Hic nummus mediæ magnitudinis rarus eſt.*

HERCVLI. DEVSONIENSI. Hercules ſtans dextra clavam, læva arcum, & ſpolia leonis.
Hic nummus primi moduli rarus eſt, ſecundi inter rariores numeratur.
Deuſona urbs primaria Francorum trans Rhenum habitantium, ubi colebatur Hercules, inde dictus Deuſonienſis.

Eadem epigraphe. Hercules, ut ſupra, in templo diſtylo.
Hic nummus ſecundæ formæ rarus eſt.

Eadem epigraphe. Aut caput Poſtumi ſub forma Herculis, aut caput filii in averſa parte, ut quidem contendunt.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis ſingularitate, & elegantia inſignis eſt.

HER-

(1) Ex Bandurio in muſeo Regis Galliarum.
(2) Ex eodem in muſeo D. Foucault.
(3) Ex eodem in muſeo Regis Galliarum.

Digitized by Google

* HERCVLI. DEVSONIENSI. AVG. Hercules ſtans, dextra clavæ humi poſitæ innixus, arcum & leonis exuvias tenet ſiniſtra.
(1) *Hic nummus primæ magnitudinis raritate, & ſingularitate conſpicuus eſt.*

HERCVLI. INVICTO. Hercules domans taurum.
Hic nummus mediæ formæ inter elegantiores adnumerandus.

HERCVLI. MAGVSANO. Hercules ſtans, dextra clavam, læva arcum.
Hic nummus primæ, & ſecundæ magnitudinis inter rariores ponitur. Maguſani Herculis fanum, pagus Scaldiæ inſulæ eſt, unius ex Zelandiis, circa Scaldis fluvii oſtia, hodie Weſtcappel.

* HERCVLI. PACIFERO. Hercules nudus ſtans, oleæ ramum dextra, clavam, & leonis exuvias ſiniſtra.
(2) *Hic nummus mediæ formæ rarus eſt.*

* I. IMP. O. POSTV..... Caput Poſtumi junioris radiatum, cum paludamento ad humeros.
(3) *Hic nummus mediocris inter rariores recenſendus.*

* I. O. M. SPONSORI. SAECVLI. AVG. Imperator a dextris ſtans ad tripodem, dextra pateram, ſiniſtra haſtam: ſtat a ſiniſtris Jupiter nudus dextra poſt terga reducta, ſiniſtra haſtæ innixus.
(4) *Hic nummus ſecundæ formæ eximiæ raritatis, & ſingularitatis eſt.*

* VIRTVS. POSTVMI. AVG. Caput Poſtumi laureatum, cum paludamento ad pectus.
LAETITIA. AVG. Triremis a dextris ſiniſtrorſum, cum quatuor remigibus.
(5) *Hic nummus primi moduli ob capitis epigraphen rarus eſt.*

* MINERV. FAVTR. Minerva galeata ſtans, dextra ramuſculum, ſiniſtra haſtam, & clypeum.
(6) *Hic nummus mediocris inter rariores recenſendus.*

(1) Ex Bandurio in muſeo D. Moreau de Mautour.
(2) Ex eodem in muſeo Regis Galliarum.
(3) Ex eodem ibidem.
(4) Ex eodem in muſeo R. P. Chamillart.
(5) Ex eodem in muſeo D. Foucault.
(6) Eo eodem in muſeo R. P. Chamillart.

★ NEPTVNO. REDVCI. Neptunus nudus vultu dextrorſum converſo ſtans, delphinum ſuſtinet dextra, tridenti vero adnititur ſiniſtra.
(1) *Hic nummus ſecundi moduli cum rarioribus adnumerandus.*

★ PAX. AVG. Victoria ad dextram gradiens, dextra palmæ ramum, alterum ſiniſtra.
(2) *Hic nummus primæ formæ inter rariſſimos collocandus.*

★ PROVIDENTIA. DEOR. Figura muliebris paludata, ac ſtolata ſtans, dextra globum, ſiniſtra haſtam tranſverſam.
(3) *Hic nummus primæ magnitudinis cum rarioribus adnumerandus.*

RESTITVTOR. GALLIARVM. Poſtumus paludatus ſtans, læva haſtam, dextra ſublevat figuram in genua procumbentem.
Hic nummus primæ formæ inter rariores, ſecundæ rarus eſt.

★ SAECVLI. FELICITAS. Imperator ſtans dextrorſum converſus, dextra ſpiculum inverſum, ſiniſtra globum.
(4) *Hic nummus ſecundæ formæ e rariorum numero eſt.*

★ SPEI. PERPETVAE. Figura muliebris dextrorſum gradiens, dextra florem tenet, ſiniſtra veſtem colligit.
(5) *Hic nummus mediæ formæ ejuſdem eſt raritatis, ac ſuperior.*

VICT. COMES. AVG. Poſtumus paludatus, & galeatus in equo, dextra haſtam, præeunte Victoria, palmam læva gerit.
Hic nummus mediocris inter elegantiores recenſetur.

VICTORIA. GERMANICA. Victoria gradiens, dextra coronam, ſiniſtra lauream gerit.
Hic nummus primi moduli inter rariores adnumerandus.

VIRTVS. AVG. Caput barbatum, & galeatum, humeris haſtam.
Hic nummus primæ magnitudinis inter præſtantiores habendus.

VIRTVS. POSTVMI. Poſtumus paludatus ſtans, dextra haſtam, coronatur a Victoria, ſiniſtra palmam gerente, & captivum pede proculcante.
Hic nummus primæ formæ rarus eſt.

VIRTVS. POSTVM. AVG. Hercules domans leonem.
Hic nummus mediocris rariſſimus eſt.

AP-

(1) Ex Bandurio in muſeo Regis Galliarum.
(2) Ex eodem in muſeo R. P. Chamillart.
(3) Ex eodem in muſeo D. Foucault.
(4) Ex eodem in muſeo R. P. Chamillart.
(5) Ex eodem in muſeo Regis Galliarum.


Digitized by Google

APPENDIX

AD NUMISMATA PRÆSTANTIORA VAILLANTII,

Continens, quæ ſuperſunt, a POSTUMO ad CONSTANTINUM MAGNUM.

T. FULVIUS MACRIANUS.



CApto a Perſis Valeriano, M. Fulvius Macrianus, hortatu Baliſtæ fortiſſimi Romanarum copiarum in Oriente Ducis, imperium ſuſcepit; vel potius ipſe ſenex, & altera tibia debilitatus, ſuis liberis Tito Fulvio MACRIANO, & Cnæo Fulvio Quieto, collata illis purpura, quam ipſe nunquam induerat, tradidit. Mox contra Gallieni exercitum, cui Domitius Domitianus præerat nomine Gallieni, in Illyricum progreſſus cum quadraginta quinque millibus militum, pugnam iniit, in qua deſertus a ſuis, victus, & cæſus eſt una cum filio Macriano, poſt unum in tyrannide exactum annum, & paucos menſes. Nummi Macriani patris nulli extant; qui ſuperſunt Macriano filio

Digitized by Google

debentur. Sunt illi ex ære parvo, ſeu, ut ajunt, tertii moduli, & omnes rari. Fruſtra poſt Poſtumum ad Conſtantinum uſque, in quo ſeries hæc noſtra Romanorum Imperatorum deſinet, nummos primæ magnitudinis requiras. Sunt omnes ſecundæ, aut tertiæ magnitudinis; niſi primæ magnitudinis æſtimentur, qui maximi moduli ſunt.

IMP. C. FVL. MACRIANVS P. F. AVG. Caput Macriani radiatum, ad pectus cum lorica.
AEQVITAS AVGG. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra bilancem, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus tertii moduli rarus eſt.

APOLINI CONSERVA. Apollo nudus ſtans, dextra demiſſa ramum, ſiniſtra citharam humo innixam tenet.
Hic nummus tertiæ formæ rarus eſt.

INDVLGENTIAE AVG. Figura muliebris ſedens, dextrorſum converſa, dextra pateram, ſiniſtra ſcipionem geſtat: in area ſtella.
Hic nummus tertiæ magnitudinis rarus, & elegans eſt.


IOVI CONSERVATORI. Jupiter ſeminudus dextrorſum converſus ſedens, dextra pateram, ſiniſtra haſtæ innititur: pro pedibus aquila.
Hic nummus tertii moduli rarus eſt.

ROMAE AETERNAE. Figura muliebris dextroſum converſa ſedet, capite galeato, Victoriolam dextra ſuſtinet, ſiniſtra haſtæ innititur; juxta ſellam clypeus: in area a dextris ſtella.
Hic nummus parvi moduli rarus, & elegans eſt.

SOLI INVICTO. Sol capite radiato nudus, dextra elata, læva globum ſuſtinet; in area a dextris ſtella.
Hic nummus parvus rarus eſt.

QUIE-

Digitized by Google



QUIETUS M. Fulvii Macriani filius, & Titi Fulvii frater, virtute militari præſtans, a Patre in Oriente cum Baliſta relictus contra Perſas plures pugnas feliciter depugnaverat. Ab Odenatho, qui audita cæde utriuſque Macriani imperium Gallieno, vel potius ſibi adſervare cupiens arma in illum converterat, fuga ſuæ ſaluti conſulere coactus, Emeſam ſe recepit; ubi a ſuis proditus neci traditus eſt, biennio uſurpati imperii vix completo. Ejus nummi tertiæ formæ rari ſunt.

IMP. C. FVL. QVIETVS AVG. Caput Quieti radiatum, cum paludamento ad humeros.
AEQVITAS AVGG. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra bilancem, læva cornucopiæ.
Hic nummus tertii moduli rarus eſt.

APOLLINI CONSERVATORI. Apollo nudus ſtans, cum pallio ex humeris pendente, dextra demiſſa ramum, ſiniſtra lyræ innixus.
Hic nummus tertiæ formæ rarus eſt.


FORTVN. REDVX. Figura muliebris ſedens, dextra temonem, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus parvi moduli rarus eſt.

IOVI.

IOVI CONSERVATORI. Jupiter dextrorſum converſus ſedens, dextra pateram, ſiniſtra haſtæ nixus: ad pedes aquila.
Hic nummus parvus rarus eſt.


ROMAE AETERNAE. Figura muliebris galeata ſedens inſidens ſcuto, dextra Victoriolam, ſiniſtra haſtam gerit.
Hic nummus parvus rarus, & elegans eſt.

SOL INVICTO. Sol nudus capite radiato ſtans, pallio in ſiniſtram rejecto, quæ globum ſuſtinet, dextra elata.
Hic nummus tertii moduli rarus eſt.



LÆ-

Digitized by Google



LÆLIANUS, Poſtumo a militibus interfecto, Moguntiaci in Germania Imperium arripuit, vir ſtrenuus, & rei militaris peritia conſpicuus, nullo cæteroquin natalium titulo clarus. Oppida quædam circa Rhenum, quæ Germani vaſtaverant, inſtauravit, & communivit, ſed paucis poſt menſibus a ſuis militibus eidem infenſis, quod nimiis laboribus illos fatigaret, Victorino inſtante, interemptus eſt. Nummis debemus illius verum nomen, quod Scriptores diverſimode prodiderunt, alii enim Lollianum, alii Ælianum, alii Lucium Ælianum dixere. Ejus nummi, omnes ex ære parvo, rari ſunt.

IMP. C. VLP. COR. LAELIANVS. Caput Læliani ad humeros, cum paludamento.
VICTORIA AVG. Victoria tunicata, & ſuccincta ſiniſtrorſum gradiens, dextra lauream, ſiniſtra palmam.
Hic nummus tertii moduli inter rariores, & præſtantiores recenſendus eſt.

Eadem epigraphe. Victoria ſtans, dextra ramum, ſiniſtra haſtam.
Hic nummus tertiæ formæ rarioribus adnumerandus eſt.

VI-



VICTORINUS, Poſtumo, atque Læliano interemptis, in Galliis, & Germaniæ finibus circa Rhenum ſolus imperium, tribus annis nondum completis, tenuit. Tenuiſſet diutius, ſi ab afficiendo injuria Atticianum Actuarium, cujus uxori vim intulerat, abſtinuiſſet, a quo ob eam cauſam interfectus fuit. Nummi Victorini tertiæ formæ obvii potius, quam rari ſunt.

IMP. C. PIAV. VICTORINVS P. F. AVG. Caput Victorini radiatum, ad pectus cum paludamento.
COMES AVG. Victoria ſiniſtrorſum gradiens, dextra lauream, læva palmam.
Hic nummus tertii moduli inter rariſſimos locum habet.

DIVO VICTORINO PIO. Caput Victorini radiatum ad humeros.
CONSACRATIO. Aquila globo inſiſtit roſtro coronam ex lauro tenens.
Hic nummus tertiæ formæ inter rariores ſcribendus eſt.

FORT. REDVX. Figura muliebris dextrorſum converſa ſedens ſupra rotam, dextra temonem, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus tertiæ magnitudinis rarus eſt.

INVI-

Digitized by Google

INVICTVS. Sol nudus pallio volitante dextrorſum gradiens, dextra elata, ſiniſtra flagrum tenet.
Hic nummus parvus rarus eſt.

LEG. XXII. PRIMIGENIE. Figura virilis nuda rejecto pallio in brachium ſiniſtrum ſtans, dextra clavam, ſiniſtra arcum: a dextris capricornus.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

P. M. TR. P. COS. II. P. P. Victorinus habitu militari capite laureato ſiniſtrorſum gradiens, ſpiculum tranſverſum tenet dextra, trophæum geſtat ſiniſtra.
Hic nummus tertii moduli raritate, & elegantia conſpicuus eſt.

SAECVLI FELICITAS. Victorinus paludatus ſtans, dextra ſpiculum, ſiniſtra globum.
Hic nummus tertiæ formæ inter rariores reponendus eſt.

IMP. C. PIAV. VICTORINVS AVG. Caput radiatum Victorini, cum paludamento ad pectus, dextra ſpiculum tenet ad humerum dextrum, ſiniſtra clypeum.
SALVS AVG. Figura muliebris ſtans, dextra ſerpentem, ſiniſtra pateram.
Hic nummus tertiæ magnitudinis ob capitis typum rarioribus adnumerandus eſt.

VICTORIA AVG. Victoria ſtans ad aram, dextra pateram, ſiniſtra trophæum.
Hic nummus parvus inter rariſſimos ponendus eſt.

VIRTVS AVG. Figura militaris galeata ſtans, dextra haſtæ innixa, ſiniſtra clypeo humi poſito.
Hic nummus parvi moduli inter rariores numerandus eſt.

Digitized by Google



Victorino, tum militum conſenſu, tum Victoriæ Victorini matris, cujus in caſtris magna erat auctoritas, commendationibus, & donis in imperio ſuffectus eſt MARIUS, ferrarius artifex primum, mox miles fortiſſimus, & dux egregius. Verum cum aſperius egiſſet cum gregario quodam milite, qui in ejus officina jampridem artem didicerat, ab eodem gladio transfixus fuit addito ſcommate, eſſe gladium in ejus officina paratum. Tres tantum dies imperaſſe tradit Trebellius Pollio, quod vix credibile oſtendit copia nummorum Marii nomine cuſorum, qui omnes tertiæ magnitudinis non obvii quidem in Italia, ſed in Gallia frequentes ſunt.

IMP. C. MARIVS P. F. AVG. Caput Marii radiatum, cum paludamento ad pectus.
CONCORDIA MILITVM. Duæ dextræ junctæ.
Hic nummus tertii moduli non obvius eſt.

FELICITAS AVG. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra caduceum oblongum, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus tertiæ magnitudinis rariſſimus eſt.

PACA-

Digitized by Google

PACATOR ORBIS. Caput Solis radiatum, cum paludamento ad humeros.
Hic nummus parvus raritatis eximiæ eſt, & ſingularitatis.

IMP. C. M. AVR. MARIVS AVG. Caput Marii radiatum, cum paludamento ad pectus.
VICTORIA AVGG. Victoria ſtolata ſtans, lauream dextra, ſiniſtra palmam.
Hic nummus tertiæ formæ rarus eſt.

VIRTVS AVG. Figura muliebris galeata ſtans, clypeum humi poſitum dextra tenet, ſiniſtra haſtæ innititur.
Hic nummus parvi moduli rarus eſt.

Digitized by Google



AUREOLUS in Dacia ortus per varios militiæ gradus, in quibus fidelem, utilemque operam navavit Gallieno in bello præſertim Sarmatico, ad Rhætiæ Præfecti, & Magiſtri Equitum dignitatem pervenit. Rebellavit deinde a Gallieno, ſeque Imperatorem nuncupavit. Mox cum Imperatore Claudio congrediens, prælio victus a militibus occiſus eſt,poſt annum nondum abſolutum imperii. Ejus nummi rariſſimi ſunt, & tertiæ formæ.

IMP. AVREOLVS AVG. Caput Aureoli radiatum, ad pectus cum paludamento.
CONCORDIA EQVIT. Figura muliebris ſtans, pede dextro proræ navis impoſito, ſiniſtra temonem, neſcio quid aliud dextra.
Hic nummus tertiæ formæ rariſſimus eſt.

CONCORDIA MIL. Duæ dextræ junctæ.
Hic nummus tertii moduli rariſſimus eſt.

CLAU-



CLAUDIUS, interfecto Gallieno, ab exercitu Mediolani Aureolum obſidente, Imperator ſalutatus eſt. Ejus electionem magno conſenſu, & gaudio Senatus adprobavit, cui Claudii egregiæ virtutes perpectæ erant tum politicæ, tum militares, quibus imperio periclitanti opem, & præſidium adferret. Victis, fugatis, & cæſis in tribus cruentis præliis, Gothis, qui Europæ fines ingreſſi, Romani imperii provincias populabantur, cognomen GOTHICI adeptus, anno imperii tertio peſte abſumptus eſt, vel potius in militari tumultu cæſus. Ejus nummi tertiæ magnitudinis vulgares ſunt, & triti, ſecundæ rari, primæ unus dumtaxat numeratur.

IMP. C. CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum paludamento, ſpiculum dextra geſtat, humero dextro impoſitum.

ADVENTVS AVG. Imperator eques dextrorſum gradiens habitu pacificatoris, dextram attollit, ſiniſtra haſtam tranſverſam ſtringit. *Hic nummus tertiæ magnitudinis inter rariores locandus eſt.*

AETER. AVG. Figura muliebris ſtans, ſiniſtrorſum converſa utraque manu facem accenſam tenet, a ſiniſtris ſtat Sol capite radiato cum pallio in humerum ſiniſtrum rejecto, dextra elata, læva flagrum. *Hic nummus tertii moduli rariſſimus eſt.*

CON-

Digitized by Google

CONCORD. EXERCI. Figura muliebris ſtolata ſtans, ſignum militare dextra, alterum tranſverſum ſiniſtra.
Hic nummus parvus rarioribus adnumerandus.

CONCORD. LEGI. Figura muliebris ſtans, dextra ſignum militare, & alterum ſiniſtra.
Hic nummus parvi moduli rariſſimus eſt.

DIVO CLAVDIO. Caput Claudii radiatum ad humeros.
CONSECRATIO. Aquila dextrorſum converſa.
Hic nummus primæ magnitudinis raritate, & præſtantia ſingularis, & conſpicuus eſt.

Eadem epigraphe. Rogus cum tribus tabulatis, ex ultimi vertice flamma aſſurgit, & medium duæ figuræ hinc inde ornant.
Hic nummus tertiæ magnitudinis rariſſimus eſt.

DIVO CLAVDIO GOTHICO. Caput Claudii radiatum.
CONSECRATIO. Ara cum flamma ſurſum elata.
Hic nummus tertii moduli, aliique cum attributo GOTHICI, *præſtantiores cæteris ſunt, & rariores.*

CONSERVAT. PIETAT. Figura militaris ſtans, dextram porrigit figuræ genuflexæ, ſiniſtra haſtam tenet.
Hic nummus tertiæ formæ rariſſimus eſt.

DEO CABIRO. Cabirus ſuccinctus malleum tenet dextra, ſiniſtra forcipem.
Hic nummus tertiæ magnitudinis elegantiſſimus eſt, & rariſſimus.

DIANA LVCIF. Figura muliebris ſtans, facem accenſam utraque manu geſtat.
Hic nummus tertii moduli inter rariores collocandus eſt.

FIDES AVG. Mercurius ſtans cum attributis.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

FORTVNA REDVX. In imo S. P. Q. R. Figura ſtolata ſtans, dextra temonem globo impoſitum, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus parvus rarus, & elegans eſt.

HILA-

HILARITAS AVGG. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra palmam oblongam, ſiniſtra cornucopiæ, & alterum cornucopiæ ad ſiniſtrum latus.
Hic nummus infimi moduli rariſſimus eſt.

IOVI VICTORI. Jupiter nudus, pallio in humeros rejecto, ſtans, dextra fulmen, ſiniſtra haſtæ innixus.
Hic nummus ſecundi moduli rarus, & præſtans eſt, tertii obvius.

IVNO REGINA. Figura muliebris ſtans, pateram dextra, læva haſtæ ſubnixa; ad pedes pavo.
Hic nummus tertiæ formæ inter rariores recenſendus.

IVVENTAS AVG. Hercules laureatus ſtans, clavam humo nixam dextra tenet, globum ſiniſtra, ex qua pendent leonis exuviæ.
Hic nummus parvus rarioribus, & elegantioribus eſt adnumerandus.

LIBERO CONS. AVG. Panthera dextrorſum gradiens.
Hic nummus parvi moduli rariſſimus eſt, & ſingularis.

MARS VICTOR. Mars galeatus ſiniſtrorſum gradiens, haſtam tranſverſam dextra, clypeum humero ſiniſtro.
Hic nummus tertiæ formæ rariſſimus eſt.

MARS VLTOR. Mars ſiniſtrorſum gradiens, dextra haſtam tranſverſam, læva clypeum.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis rarior longe eſt, quam tertiæ.

DIVO CLAVDIO OPT. IMP. Caput Claudii velatum, & laureatum ad humeros.
MEMORIAE AETERNAE. Aquila alis expanſis. In aliis, Leo ſupra clavam, ſiniſtrorſum gradiens.
Hi nummi tertiæ magnitudinis rari ſunt.

MONETA AVG. Figura muliebris ſtans, dextra bilancem, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus tertii moduli inter rariores locum habet.

NEPTVNO AVG. Neptunus nudus cum pallio ſupra ſiniſtrum brachium, dextra delphinum, ſiniſtra tridentem.
Hic nummus parvus rarus eſt, & elegans.

PAX EXERC. Figura muliebris ſtans, dextra ramum oleæ, ſiniſtra haſtam tranſverſam.
Hic nummus tertii moduli rariſſimus eſt.

PIETAS AVG. Mercurius cum attributis.
Hic nummus parvus inter rariores ſcribendus.

P. M. TR. P. II. COS. P. P. Imperator paludatus, haſtam tranſverſam dextra, læva globum ſuſtinet.
Hic nummus parvi moduli rarus eſt.

REGI ARTIS. Vulcanus cum pileo ſtans, dextra malleum, ſiniſtra forcipem.
Hic nummus tertiæ formæ rariſſimus eſt.

DIVO CLAVDIO OPTIMO IMP. Caput Claudii velatum, & laureatum, ad humeros.
REQVIES OPTIMOR. MERIT. Imperator velatus, & laureatus ſedens in ſella curuli, dextra extenſa, ſiniſtra ſcipionem.
Hic nummus parvus rarus eſt.

SALVS AVG. Iſis Faria tunicata ſtans, dextra ſiſtrum, læva vas anſatum. In aliis, Æſculapius ſeminudus ſtans, baculum ſerpente circumvolutum dextra, pallium obvolutum ſiniſtra.
Hi nummi parvi inter rariores collocandi.

SOL AVG. Sol capite radiato ſtat nudus, dextram elevat expanſam, & flagrum, & pallium geſtat ſiniſtra.
Hic nummus tertiæ magnitudinis rariſſimus eſt.

SPES PVBLIC. Salus a dextris ſerpentem paſcit, & Æſculapius ex adverſo baculum, cui circumvolutus eſt ſerpens, tenet.
Hic nummus parvus inter rariſſimos ponendus.

TEM-

Digitized by Google

TEMPORVM FELIC. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra caduceo oblongo innititur, ſiniſtra cornucopiæ gerit.
Hic nummus tertiæ formæ rarus eſt.

VENVS AVG. Figura muliebris ſtans, dextra globum, ſiniſtra haſtam tranſverſam, & clypeum humi innixum.
Hic nummus parvus raritate, & elegantia ſingularis eſt.

VICTORIA AVG. Victoria ſuccincta ſiniſtrorſum gradiens inter duos captivos manibus poſt terga revinctis humi ſedentes, lauream dextra, ſiniſtra palmam.
Hic nummus ſecundi moduli rariſſimus eſt, tertii vero rarus.


VICTORIA GERMAN. Trophæum inter duos captivos humi ſedentes.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

VICTORIA GOTHIC. Trophæum inter duos captivos humi ſedentes: in imo S. P. Q. R.
Hic nummus tertii moduli inter rariſſimos reponendus.

VIRTVS AVGVSTI. Figura militaris ſtans, dextra ramum, ſiniſtra haſtam.
Hic nummus tertiæ magnitudinis rarioribus adnumerandus eſt.

VOTA ORBIS. Duæ victoriæ adverſæ ſtantes, palma arbore intermedia, cui appenſus eſt clypeus, in quo S. C.
Hic nummus tertiæ formæ rarus, & elegans eſt.

Digitized by Google



Extincto Claudio a Senatu, a militibus, ab omni Italia ſubrogatus in Imperio fuit QUINTILLUS ejuſdem frater, vir mitiſſimi ingenii, & graviſſimo oneri gubernacula totius orbis Romani regendi impar; qui audita Aureliano in Illirico ab exercitu delata purpura, venas ſibi ſecuit, vel ut alii volunt, a ſuis militibus ad Aurelianum deficientibus interfectus fuit, nondum completo menſe regni. Ejus nummi ærei tertii tantum moduli, nec rari, nec obvii ſunt.

IMP. C. M. AVR. QVINTILLVS AVG. Caput Quintilli radiatum, cum lorica ad pectus.
APOLLINI AVG. Apollo ſtans ante aram.
Hic nummus tertii moduli rariſſimus eſt.

APOLLINI CONS. Apollo nudus ſtans, lauri ramum dextra demiſſa, & citharam trunco impoſitam ſiniſtra.
Hic nummus parvus rarus eſt.

CONCORDIA. Figura muliebris ſtolata ſtans, ſignum militare dextra, cornucopiæ ſiniſtra.
Hic nummus tertiæ formæ inter rariores ſcribendus.

CON-

Digitized by Google

CONCORDIA EXERC. Idem typus, ac in ſuperiore.
Hic nummus tertii moduli rarus eſt.

DIANA LVCIF. Figura muliebris dextrorſum gradiens, facem accenſam tenens ambabus manibus.
Hic nummus parvus rarus, & elegans eſt.

FORTVNAE RED. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra temonem globo impoſitum, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus parvi moduli rarus eſt.

GENIVS AVG. Genius ſtans ante aram ignitam, dextra pateram, quæ liquorem effundit, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus parvus inter rariſſimos locum habet.

LIBERT. AVG. Mulier ſtans, dextra pileum, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus parvus rarus eſt.


MARS VLTOR. Mars galeatus ſiniſtrorſum gradiens, dextra ſpiculum inverſum, ſiniſtra clypeum.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

P. M. TR. P. COS. P. P. Imperator paludatus ſtans, dextra haſtam, ſiniſtra globum.
Hic nummus parvus rariſſimus, & ſingularis eſt.

VBERITAS AVG. Figura muliebris ſtolata ſtans, crumenam dextra, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus parvus rarus eſt.

VICTORIA AVG. Victoria ſuccincta ſiniſtrorſum gradiens, lauream dextra, ſiniſtra palmam.
Hic nummus parvus rarus eſt.

VIRTVS AVG. Figura militaris galeata ſtans, dextra ramum tenet, ſiniſtra haſtæ innititur.
Hic nummus parvus rarioribus adnumerandus.



AURELIANUS Dacus ſub Imperatore Claudio ob militarem virtutem primos in caſtris honores obtinuit. Magiſter equitum ab eodem renunciatus, Claudio extincto, ab exercitu in Illirico Imperator ſalutatus, Romæ a Senatu in Imperio confirmatus eſt. Juthungis, qui Italiam invaſerant, victis, ac profligatis, Vandalis, qui in Pannonias irruperant, unico prælio ſuperatis, ex Ægypto Palmirenis ejectis, eorumque Regina Zenobia non ſolum bis victa, ſed in ſui poteſtatem redacta Romam adiit, ubi triumphum egit, orientis, atque occidentis ſpoliis inſignem. Dum vero bellum contra Perſas parat, a Mneſteo quodam, qui Imperatoris arcana noverat, iratum ſibi principem metuente, ſimulata ſyngrapha, in qua præcipui Duces morti ab Imperatore deſtinarentur, inita inter eoſdem conjuratione, cæſus eſt, cum quatuor annos, & quatuor menſes imperaſſet. Ejus nummi tertii moduli obvii ſunt, & triti, ſecundi moduli rari, primi vero rariſſimi.

IMP. AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani radiatum, cum pectore loricato.

ADVENTVS AVG. Imperator eques captivum ſpiculo impetens, altero ſub equo jacente.

Hic nummus tertii moduli rariſſimus eſt.

IMP.

Digitized by Google

IMP. C. L. DOM. AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani radiatum, cum paludamento ad humeros.
AETERNIT. AVG. Sol ſtans dextra elata, ſiniſtra globum tenet.
Hic nummus parvus rarioribus adſcribendus.

APOL. CONS. AVG. Apollo nudus ſtans, dextra elata, globum ſuſtinet ſiniſtra, a dextris captivus humi ſedens, manibus poſt terga revinctis: in imo T.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

CONCOR. AVG. In aliis, CONCORDIA AVG. In aliis CONCORDIA AVGG. Figura muliebris ſtolata a dextris, & figura virilis laureata, & paludata, haſtæ læva adnixa, ſtantes ex adverſo dextras jungunt; inter utriuſque caput Solis caput radiatum.
Hi nummi ſecundi moduli inter rariſſimos collocandi; tertii vero obvii ſunt.

CONCO. EXER. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra ſignum militare, ſiniſtra cornucopiæ: in imo T.
Hic nummus parvus rarus eſt.

CONCORD. LEGI. In aliis CONCORDIA LEGI. Figura muliebris ſtans, vel inter quatuor ſigna militaria, vel inter duo, quorum alterum ſiniſtra: in imo s.
Hic nummus parvus rarioribus adſcribendus.

DACIA FELIX. Figura muliebris ſtans, haſtam, cujus apici infixum caput aſini, dextra tenet, ſiniſtram pectori admovet: in imo s.
Hi nummi parvi inter rariores locandi.

FELIC. SAECVLI. Mulier ſtans ad aram, dextra pateram, ſiniſtra cornucopiæ oblongo innixa: in imo s.
Hic nummus parvus inter rariores locum habet.

IMP. C. L. AVRELIANVS AVG. Imperator capite radiato, & galeato, cum pectore loricato, dextra tenet ſpiculum inverſum, ſiniſtra clypeum, in quo eques cum aliis figuris.
FORTVNA REDVX. Figura muliebris dextra temonem, ſiniſtra cornucopiæ, inſidens rotæ: in imo Q.
Hic nummus parvus e rariorum numero eſt.

GE-

GENIVS EXERCITI. Genius galeatus, ac nudus pallio in ſiniſtrum brachium rejecto ſtans, dextra pateram, ſiniſtra cornucopiæ: a ſiniſtris ſignum militare.
Hic nummus parvus rarioribus adnumerandus.

GENIVS ILLV. Figura virilis nuda cum modio in capite, & pallio retro pendente, pateram gerit dextra, læva cornucopiæ: a ſiniſtris a tergo, ſignum militare.
Hic nummus parvus rarus eſt.

MARS INVICTVS. Sol capite radiato cum pallio ſtans a ſiniſtris, ac pede ſiniſtro conculcans captivum humi ſedentem, globum tenet dextra, flagrum ſiniſtra: ex adverſo figura virilis galeata dextram extendens receptura globum, & haſtæ nititur ſiniſtra: in aliis MARTI INVICTO: in imo XXI.
Hi nummi parvi rariſſimi ſunt.

PACATOR ORBIS. Sol capite radiato dextrorſum gradiens, dextra elata, ſiniſtra flagrum tenet.
Hic nummus parvus inter rariores recenſendus.

PACATOR ORIENTIS. Imperator laureatus, & paludatus ſtans, captivum humi ſedentem pede lævo conculcans, haſtæ nititur dextra, ſiniſtra ſcipionem tenet: a dextris in area T. a ſiniſtris ſtella.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

PANNONIAE. Figura muliebris velata ſtans, dextram expandit, ſiniſtra ſignum militare tranſverſum geſtat: in imo T.
Hic nummus parvus inter rariores ponendus.

PAX AVGVSTI. Figura muliebris ſtolata ſtans, ramum tenet dextra, haſtam tranſverſam ſiniſtra: a dextris in area A.
Hic nummus parvus rarus eſt.

PIETAS AVG. Aurelianus a dextris ſtans, dextra pateram, ſiniſtra baculum: ex adverſo ſtat Severina tripode intermedio, dextra pateram, ſiniſtra veſtem, & baculum: in imo S.
Hic nummus parvus inter rariores reponendus.

P. M.

P. M. TR. P. COS. Neptunus ſtans, dextra delphinum, ſiniſtra tridentem.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

PROVIDENT. AVG. Figura muliebris ſtans, baculum dextra, ſiniſtra haſtam: pro pedibus a dextris globus: a ſiniſtris in area ϛ.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

PROVIDEN. DEOR. Sol capite radiato cum pallio a tergo ſtans a ſiniſtris, dextra elata, globum ſuſtinet læva: ex adverſo ſtat figura muliebris ſtolata, unum ſignum militare tenens dextra, & alterum ſiniſtra: in imo PXXT.
Hic nummus parvus rarus eſt.

RESTITVTOR EXERCITI. Duæ figuræ militares ſtantes, unà globum tenent dextris, haſtas ſiniſtris: inter utramque figuram A: in imo XXI.
Hic nummus parvus rarioribus adſcribendus.

DEO ET DOMINO NATO AVRELIANO AVG. Caput Imperatoris laureatum.
RESTITVT. ORBIS. Mulier ſtolata coronam porrigit Imperatori paludato ſtanti, cum haſta: in imo KAΔ.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis raritate, & elegantia ſingularis eſt; nummi vero tertiæ cum eodem typo, aut paululum diverſo obvii, & frequentes.

RESTITVTOR ORIENTIS. Imperator paludatus ſtans a ſiniſtris, dextram porrigit mulieri turritæ genuflexæ, ſiniſtra haſtæ innixus: in imo A.
Hic nummus parvus non obvius eſt.

RESTIT. SAECVLI. Figura muliebris ſtans a dextris coronam imponit Imperatori ſtanti a ſiniſtris, læva haſtam tenenti: in imo S.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

ROMAE AETERNAE. Roma inſidens ſpoliis Victoriolam dextra ſuſtinet, ſiniſtra innititur haſtæ: ex adverſo a ſiniſtris ſtat figura togata dextram extendens ad recipiendam Victoriolam.
Hic nummus parvus inter rariores ſcribendus.

SAE-

Digitized by Google

SAECVLI FELICITAS. Figura militaris galeata ſtans, dextra ſpiculum tranſverſum, ſiniſtra globum.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

SECVRITAS AVG. Figura muliebris ſtolata ſtans, haſtam inclinatam dextra tenet, columnæ ſiniſtra innititur: a ſiniſtris in area XI.
Hic nummus parvus rarus eſt.

SEVERINA AVG. Caput Severinæ cum ſtola ad pectus, & luna bicorni ad humeros.
Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt; ſecundi vero inter rariores ponendus.

SOL DOMINVS IMPERI ROMANI. Caput Solis, vel Apollinis.
Hic nummus ſecundæ formæ rarus eſt, & elegans.

SOLI INVICTO. Sol capite radiato, rejecto pallio in brachium ſiniſtrum ſtans, captivum proſtratum pede lævo premit, dextram expandit, & globum ſiniſtra ſuſtinet: a ſiniſtris alter captivus humi ſedens: in area ſtella: in imo P XXI.
Hic nummus parvus rarus eſt.

VICTORIA AVG. Victoria tunicata ſtans a fronte, alis hinc inde expanſis, inter duos captivos coronam ſolutam tenet utraque manu: in area ſtella: in imo T.
Hic nummus parvus inter rariores locandus.

VICTORIA GERM. Victoria dextrorſum gradiens, dextra lauream, ſiniſtra palmam.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

VIRTVS AVG. Duæ figuræ laureatæ, & paludatæ ſtantes ex adverſo: quæ a dextris eſt, haſtæ dextra nititur, ſiniſtra globum ſuſtinet: altera Victoriolam dextra geſtat, ſiniſtra ſpiculum tranſverſum. Diverſi ſunt typi.
Hic nummus parvus non obvius eſt.

VIRT. MILITVM. In aliis. VIRTVS MILITVM. Imperator laureatus, & paludatus ſtans a dextris, globum dextra tenet, haſtam ſiniſtra: ex adverſo figura militaris galeata, Victoriolam dextra ſuſtinet, ſpiculum tranſverſum gerit læva: in imo T.
Hic nummus parvus rarus eſt.

SE-

Digitized by Google



SEVERINA uxor Aureliani, cujus nomen per nummos unice innoteſcit, marito defuncto ſuperſtes fuit. Nummi enim in Ægypto percuſſi præferunt ejus annum ſeptimum, quum Aurelianus quintum imperii annum non compleverit. Ejus nummi ærei tertii moduli frequentes ſunt.

SEVERINA AVG. Caput Severinæ ad pectus cum ſtola, & luna bicorni ad humeros.
IMP. AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani radiatum ad pectus cum lorica; in aliis cum paludamento.
Hic nummus primi moduli rariſſimus eſt, ſecundi minoris raritatis, quam primi.

CONCORDIA AVGG. Aurelianus, & Severina ſtantes dextras jungunt: in imo Γ XXI R.
Hic nummus parvus rarus eſt.

CONCORDIA MILI. In aliis CONCORD. MILIT. In aliis CONCORDIAE MILITVM. Figura muliebris ſedens dextra pateram, ſiniſtra cornucopiæ: vel figura muliebris ſtans, ſignum militare tenens dextra, & alterum ſiniſtra.
Hi nummi parvi nec rari, nec obvii ſunt.

Digitized by Google


IVNO REGINA. Figura muliebris ſtolata ſtans, pateram dextra, haſtam ſiniſtra; pro pedibus pavo: in imo A.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis non obvius eſt.

PROVIDEN. DEORVM. Sol radiatus ſtans cum pallio ad humerum dextrum, elata dextra, globum ſuſtinet ſiniſtra: ex adverſo ſtat a dextris figura muliebris ſignum militare tenens dextra, & alterum ſiniſtra: in imo XXT. & Luna.
Hic nummus parvus rarus eſt.

VENVS FELIX. Figura muliebris ſtans, dextra pomum, ſiniſtra haſtam: in area Γ. in imo VSV.
Hic nummus parvus non obvius eſt.

Eadem epigraphe. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra puerulum ſuſtinet, ſiniſtra innititur haſtæ: in imo B.
Hic nummus parvus inter rariores collocandus eſt.

VA-



VABALATHUS Athenæ, Odenathi, (quem conſortem Imperii, & Auguſtum declaraverat Gallienus ob res bene geſtas adverſus Perſas) & Zenobiæ Palmirenorum Reginæ filius natu major imperium tenuit cum matre in Oriente. Victa, & in captivitatem ducta Zenobia, Vabalathum quoque cum Aureliano Romam perductum fuiſſe credibile eſt. In nummis tum Latinis, tum in Ægypto cuſis cernitur ejus effigies ex una parte, & ex altera Aureliani Imperatoris. Conſignatur in illis annus quintus, quo Aurelianus deceſſit. Ejus nummi tertii moduli rari ſunt.

IMP. C. VHABALATVS AVG. Caput Vabalathi radiatum, ad humeros cum paludamento.
AEQVITAS AVG. Figura muliebris ſtans, dextra pateram, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt, & ſingularis.

VABALATHVS VCRIMDR. Caput Vabalathi laureatum, cum paludamento ad humeros.
IMP. C. AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani radiatum, cum lorica ad pectus.
Hic nummus parvi moduli rarus eſt.

Digitized by Google

VICTORIA AVG. Victoria ſuccincta dextrorſum gradiens, lauream dextra, ſiniſtra palmam : a dextris in area ſtella.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

VIRTVS AVG. Hercules nudus capite laureato ſtans, haſtæ ferratæ adnititur dextra, ſiniſtra globum tenet cum leonis exuviis.
Hic nummus parvus eximiæ eſt raritatis.

Eadem epigraphe. Figura militaris galeata ſtans, haſtæ ferratæ adnititur dextra, clypeum humi impoſitum tenet ſiniſtra: a ſiniſtris in area ſtella.
Hic nummus parvus ejuſdem eſt raritatis, ac ſuperior.

TE-

Digitized by Google



TETRICUS interfectis, qui in Galliarum tyrannide ſibi alter alteri ſucceſſerant, Poſtumis, Victorino, & Mario, auctoritate Victoriæ nobiliſſimæ fœminæ, cujus magna æſtimatio apud milites, purpura Imperatoria ab exercitu indutus eſt, eique ſucceſſor datus Tetricus filius, titulo Cæſaris inſignitus. Oriente ſubacto, quum Aurelianus omnibus imperii viribus in illum ferretur, ſtarentque exercitus ad ineundam pugnam expediti, Tetricus mutato repente conſilio, Aureliano ſe, filium, milites, imperium, quod per quinquennium tenuerat, tradit, & ex hoſte ſibi benevolum, & amicum reddit, atque honoribus inſuper cumulatur. Ejus nummi ærei tertiæ magnitudinis obvii potius, quam non.

IMP. TETRICVS P. F. AVG. Caput Tetrici radiatum, cum lorica ad pectus.
ABVNDANTIA AVG. Figura muliebris ſtans, utraque manu cornucopiæ tenens, unde opes effundit.
Hic nummus tertii moduli rariſſimus eſt.

COMES AVG. In aliis COMES AVG. N. Victoria ſtans, lauream dextra, ſiniſtra palmam.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

FELI-

FELICITAS AVG. Figura muliebris ſtans, dextra ſertum, læva temonem.
Hic nummus parvus inter rariores numerandus.

HILARITAS. Figura muliebris ſtans, dextra corollam, ſiniſtra haſtæ nititur.
Hic nummus parvus rariſsimus eſt.

HILARITAS AC (*ſic*) Figura muliebris ſtans, dextra florem Spei, læva cornucopiæ.
Hic nummus parvus rarus eſt.

HILARITAS AVG. Vaſa pontificalia.
Hic nummus parvus rariſsimus eſt.

HILARITAS AVGG. Figura muliebris ſtans, palmam oblongam dextra, læva cornucopiæ.
Hic nummus parvus rarus eſt.

IMP. C. CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros.
Hic nummus parvus raritate, & elegantia ſingularis eſt.

INVICTVS. Sol capite radiato nudus cum pallio volitante a tergo, dextrorſum gradiens, dextra extenſa, ſiniſtra cum flagro: in area ſtella.
Hic nummus parvus rariſsimus eſt.

LAETITIA AVG. N. Figura muliebris ſtans, corollam dextra, ſiniſtra anchoram.
Hic nummus parvus rarus eſt.

MONETA AVG. Figura muliebris ſtans, dextra bilancem, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus parvus rariſsimus eſt, & ſingularis.

NEPTVNO CONS. AVG. Equus marinus.
Hic nummus parvus rariſsimus eſt.

PIE-

Digitized by Google

PIETA ACV (*ſic*) Vaſa pontificalia. In aliis Figura muliebris ſtans ante aram ignitam, dextra protenſa.
Hic nummus parvus rarioribus adſcribendus.

IMPP. TETRICI AVGG. Capita adverſa patris laureatum, filii nudum cum trabea ad pectus.
P. M. TR. P. COS. III. P. P. VOTA. Tetricus pater ſtans ad aram, globum dextra tenens, a Victoria pone ſtante coronatur: ex adverſo filius dextra pateram tenens.
Nummus hic parvus elegantiſſimus, & præſtantiſſimus eſt.

PRO. AVG. In aliis PROVID. AVG. In aliis PROVIDENTIA AVG. Figura muliebris ſtans, baculum demiſſum dextra, cornucopiæ læva: pro pedibus globus.
Hic nummus parvus e rariorum numero eſt.

SALVS AVGG. Figura muliebris ſtans, palmam dextra tenet, anchoræ adnititur ſiniſtra.
Hic nummus parvus rarioribus adnumerandus.

SPES AVG. Typus Spei.
Hic nummus parvus ejuſdem raritatis eſt, ac ſuperior.

VICTORIA AVG. Victoria dextrorſum gradiens, lauream dextra, ſiniſtra palmam.
Hic nummus parvus rarus eſt.

VOTA PVBLICA. Ara.
Hic nummus parvus rariſſimus, & præſtantiſſimus eſt.

TE-

Digitized by Google



Cajus Piveſus, vel Piveſuvius TETRICUS filius Tetrici ſenioris, Cæſar primum ab exercitu, a Patre deinde Auguſtus declaratus, rebus cum Aureliano compoſitis, cujus triumphum ſimul cum Patre comitari debuit, adeo ſibi illius gratiam comparavit, ut Senatoriis honoribus ab eodem auctus, in iiſdem poſtmodum, penes ſubſequentes Principes perſeveraverit. Ejus nummi ærei tertiæ magnitudinis obvii ſunt.

IMP. C. S. TETRICVS C. Caput Tetrici junioris radiatum, cum paludamento ad humeros.
ABVNDANT. AVG. Vas anſatum.
Hic nummus tertii moduli raritate, & præſtantia ſingularis eſt.

COM. IMP. AVG. Pallas galeata ſtans, dextra ramum, ſiniſtra clypeum cum haſta.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

C. PIVESV. TETRICVS CAES. Caput Tetrici filii radiatum, cum paludamento ad pectus.
IMP. TETRICVS P. F. AVG. Caput Tetrici patris radiatum, cum pectore loricato.
Hic nummus parvus rariſſimus, & elegantiſſimus eſt.

INVI-

Digitized by Google

INVICTVS. Sol capite radiato dextrorſum gradiens, dextra extenſa, ſiniſtra flagrum : in area ſtella.
Hic nummus parvus eximiæ eſt raritatis.

LAETITIA AVG. N. Figura muliebris ſtans, corollam dextra, ſiniſtra anchoram humi poſitam.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

NOBILITAS AVGG. Figura muliebris ſtans, dextra haſtæ innixa, ſiniſtra globum tenet.
Hic nummus parvus præſtantiſſimus eſt.

C. PAC. TETRICVS CAES. Caput Tetrici junioris radiatum, cum lorica ad pectus.
PIETAS AVGG. Vaſa pontificalia.
Hic nummus parvus inter rariores ponendus eſt.

PRINC. IVVENT. Tetricus junior paludatus ſtans, dextra baculum, læva ſignum militare.
Hic nummus parvus rarus eſt.

SALVS AVG. Mulier ad aram ſacrificans, ſiniſtra geſtat cornucopiæ.
Hic nummus parvus inter rariores recenſendus.

SALVS AVG. Victoria ſtans, dextra coronam, ſiniſtra palmam.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

Eadem epigraphe. Figura muliebris ſtans, dextra elata ramum, ſiniſtra anchoram.
Hic nummus parvus ejuſdem eſt raritatis, ac ſuperior.

SECVLVM (*ſic*) Ara cum igne.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt, & ſingularis.

SOLI CONSER. Centaurus arcum tenens.
Hic nummus parvus raritate conſpicuus eſt.

SPES AVGG. Typus Spei.
Hic nummus parvus rarus eſt.

VBERITAS AVG. Figura muliebris ſtans, dextra ſpicas, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus parvus inter rariores recenſendus.

Notandum in nummis Tetricorum plures occurrere errores tum in inſcriptionibus, tum in typis, qui tribuendi ſunt inſcitiæ Monetariorum, qui in officinis extra Italiam poſitis illos cuderunt.



DOMITIUS DOMITIANUS Imperium, quod arripuit, brevi tenuit: quod nummorum raritas palam docet; quando vero arripuerit, in obſcuro eſt: tradunt alii ſub Aureliano rebellaſſe, & imperaſſe in Ægypto; alii ſub Maximiano Herculio, & legitimum imperium tenuiſſe, quod ex ſimilitudine typorum in nummis, indicari poſſe contendunt. Ejus nummi rari ſunt, & ſecundæ tantum magnitudinis reperiuntur.


IMP. C. L. DOMITIVS DOMITIANVS AVG. Caput Domitii laureatum, ad humeros.

GENIO POPVLI ROMANI. Figura juvenilis nuda cum modio in capite ſtans, pallio in lævam rejecto, dextra pateram, ſiniſtra cornucopiæ: ad pedes aquila cum corona in roſtro.
Hic nummus ſecundi moduli rariſsimus eſt.

MEMORIA FELIX. Duæ aquilæ ara intermedia.
Hic nummus ſecundi moduli raritate, & elegantia ſingularis eſt.

Aure-

Digitized by Google



Aureliano ſublato, quum milites factionum pertæſi peterent a Senatu, quem imperare ipſe vellet, & Senatus vereretur, ne ſuam electionem milites irritam facerent, poſt ſeptem menſium interregnum CLAUDIUS TACITUS, vir jam ſenex, & vetuſta nobilitate non minus, quam gravitate morum ſpectabilis electus eſt, & a populo, & militibus magno conſenſu adprobatus. Breve fuit ejus imperium: vix ſex elapſis menſibus vel ſenio, & militaribus laboribus confectus, vel morbo oppreſſus, vel militum factionibus e vivis ereptus eſt. Ejus nummi ærei tertii moduli obvii ſunt.

IMP. C. M. CL. TACITVS AVG. Caput Imperatoris radiatum, ad pectus cum paludamento.
ANNONA AVG. Figura muliebris ſtans, ſpicas ſupra modium dextra tenet, ſiniſtra cornucopiæ: in imo T.
Hic nummus tertii moduli rarus eſt.

CLEMENTIA TEMP. Imperator paludatus, & laureatus ſtans a ſiniſtris, globum ſuſtinet dextra, haſtæ adnititur læva: ex adverſo ſtat figura militaris dextram extendens, & haſtæ innixa ſiniſtra: in imo P.
Hic nummus parvus non obvius eſt.

Digitized by Google

CONSERVATOR MILITVM. In aliis CONSERVAT. MILIT. Imperator paludatus, & laureatus ſtans a ſiniſtris, dextram extendit, & læva adnititur haſtæ: ex adverſo ſtat figura militaris galeata, globum ſuſtinens dextra, & ſiniſtra haſtæ innixa.
Hic nummus parvus rarus eſt.

FELICITAS AVG. In aliis FELICITAS SAECVLI, & FELICITAS TEMP. Figura muliebris ſtans, dextra gerit caduceum oblongum, ſiniſtra cornucopiæ; vel haſtæ innititur.
Hi nummi parvi inter rariores numerandi.

IOVI STATORI. Jupiter nudus ſtans, dextra innixus haſtæ, ſiniſtra fulmen gerens: in area Z. in imo XXI.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

LAETITIA AVG. Figura muliebris ſtans, corollam dextra, ſiniſtra temonem globo impoſitum: in imo VI.
Hic nummus parvus rarus eſt.

LAETITIA FVND. Figura muliebris ſtans, corollam tenet dextra, anchoræ innititur læva: a ſiniſtris in area B: in imo XXI.
Hic nummus parvus non obvius eſt.

MARS VICTOR. Mars galeatus, & nudus cum pallio volitante, ſiniſtrorſum gradiens, ſpiculum tranſverſum dextra, trophæum humero ſiniſtro: a dextris in area B. a ſiniſtris A.
Hic nummus parvus non obvius eſt.

MARS VLTOR. Mars galeatus ſiniſtrorſum gradiens, dextra ſpiculum inverſum, ſiniſtra clypeum.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis rariſſimus eſt, & ſingularis.

MARTI PACIF. Figura militaris galeata dextrorſum gradiens, ramum oleæ dextra, clypeum cum ſpiculo ſiniſtra: in imo S.
Hic nummus parvus rarus eſt.

PAX AETERNA. Figura muliebris ſtans, oleæ ramum dextra, haſtæ adnititur ſiniſtra: in area ſtella a ſiniſtris: a dextris A.
Hic nummus parvus inter rariores ſcribendus.

PRO-

PROVIDENTIA DEOR. Figura muliebris ſtans a dextris, ſignum militare dextra tenet, & alterum ſiniſtra: ex adverſo ſtat Sol dextra elata, ſiniſtra globum ſuſtinens: inter utramque figuram ſtella: in imo KAΔ.
Hic nummus parvus e rariorum numero eſt.

RESTITVTOR ORBIS. Imperator paludatus, & laureatus ſtans a ſiniſtris, dextram protendit, & haſtæ ſiniſtra innititur: ex adverſo ſtat Victoria lauream dextra tenens, ramum palmæ ſiniſtra.
Hic nummus parvus inter rariores recenſendus.

ROMAE AETERNAE. Figura muliebris galeata ſedens, dextra Victoriolam ſuſtinet, haſtæ nititur ſiniſtra: in imo XXVI.
Hic nummus parvus rarioribus adnumerandus eſt.

SPES AVG. Typus Spei: a ſiniſtris in area T.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

SPES PVBLICA. Imperator paludatus dextrorſum converſus, dextra protenſa, haſtæ ſiniſtra innititur: ex adverſo ſtat Victoria lauream tenens dextra protenſa, palmam ſiniſtra: in imo P.
Hic nummus parvus inter rariores collocandus.

VBERTAS AVG. Figura muliebris ſtans, crumenam dextra, cornucopiæ ſiniſtra: in imo XXIC.
Hic nummus parvus rarus eſt.

VICTORIA AVG. Victoria ſtans a fronte inter duos clypeos, coronam ſolutam tenet utraque manu: in imo P.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

VICTORIA GOTTHI. Victoria ſtans, lauream dextra, palmam læva: in imo P.
Hic nummus parvus inter rariores recenſendus eſt.

VIRTVS AVG. Figura militaris galeata ſtans, clypeum humi poſitum dextra tenet, haſtæ inverſæ ſiniſtra adnititur.
Hic nummus parvus inter rariores ponendus eſt.

VOTIS X. ET XX. Victoria inſidens ſpoliis ſiniſtrorſum ſpectans, tenet clypeum; in quo VOTIS XX. Ante eam ſtat Imperator paludatus, dextra clypeo innixus, ſiniſtra haſtæ; pone illum miles galeatus, læva ſcuto innixus, dextra coronam imponit Imperatori.
Hic nummus ſecundi moduli raritate, & præſtantia eximius eſt.

FLO-



FLORIANUS frater Taciti ex parte matris, non expectato judicio Senatus imperium arripuit, exercitu annuente, cui præerat in expeditione adverſus Scythas. Sed cum Orientis legiones Probum Auguſtum declaraſſent, minuſque virium ſibi adeſſe videret adverſus æmulum, ſibi venas ſecari juſſit, cum vix tribus menſibus imperaſſet. Nummi ærei Floriani parvi moduli obvii ſunt, mediocris vero omnes rari.

IMP. C. FLORIANVS AVG. Caput Floriani radiatum, cum paludamento ad pectus.
AEQVITAS AVG. Figura muliebris ſtans, bilancem dextra, cornucopiæ ſiniſtra.
Hic nummus ſecundi moduli rarus eſt, non ſecus ac tertii.

AETERNITAS AVG. Figura muliebris capite velato ſtans, dextra globum, ſiniſtra temonem: in imo IIII.
Hic nummus parvi moduli ex rariorum numero eſt.

CONCORDIA EXERCI. Figura muliebris ſtans, dextra tenet ſignum militare inclinatum, ſiniſtra alterum erectum: in imo VITI.
Hic nummus parvus inter rariores ponendus.

CON-

Digitized by Google

CONCORD. MILIT. In aliis CONCORDIA MILITVM. Imperator laureatus, & paludatus ſtans a ſiniſtris, dextram extendit, haſtæ innititur ſiniſtra: ex adverſo ſtat Victoria lauream dextra tenens, palmam ſiniſtra. Diverſi ſunt typi.
Hi nummi parvi inter rariores collocandi ſunt.

IMP. C. M. AN. FLORIANVS AVG. Caput Imperatoris radiatum, cum pectore loricato.
FELICITAS AVG. Figura muliebris ſtans ad aram, dextra pateram, ſiniſtra caduceum oblongum. Diverſi ſunt typi.
Hi nummi ſecundi, & tertii moduli rarioribus adnumerandi ſunt.

FIDES MILITVM. Figura muliebris ſtans, dextra tenet ſignum militare, & alterum ſiniſtra.
Hic nummus parvus rarus eſt.

INDVLGENTIA AVG. Typus Spei.
Hic nummus ſecundi, ſicuti & tertii moduli rarus eſt.

IOVI CONSERVAT. Jupiter nudus ſtans, dextra fulmen, ſiniſtra haſtæ innixus: in imo TTI.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

IOVI STATORI. Jupiter nudus ſtans, dextra haſtæ innititur, ſiniſtra fulmen ſtringit: in imo XXIZ.
Hic nummus tam ſecundæ, quam tertiæ magnitudinis rarus eſt.

LAETITIA FVND. Figura muliebris ſtans, dextra corollam, ſiniſtra anchoram.
Hic nummus tam ſecundæ, quam tertiæ formæ rarus eſt.

MARTI PACIFERO. Mars galeatus ſtans, dextra ramum, ſiniſtra haſtam tranſverſam.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

PACATOR ORBIS. Sol dextrorſum gradiens, dextram tenet elatam, ſiniſtra flagrum: in imo III.
Hic nummus tam ſecundi, quam tertii moduli inter rariores reponendus eſt.

PAX

Digitized by Google

PAX AETERNA. Figura muliebris ſiniſtrorſum gradiens, ramum dextra, ſiniſtra haſtam tranſverſam.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

PAX AVGVSTI. Figura muliebris ſtans, ramuſculum dextra elata tenet, haſtam tranſverſam ſiniſtra: in area a ſiniſtris Q. in imo XXI.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

PERPETVIT. AVG. Figura muliebris ſtans, ſiniſtro cubito columnæ innixo, ſiniſtra haſtam, dextra globum.
Hic nummus tam ſecundi, quam tertii moduli rariſſimus eſt.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Imperator laureatus, & paludatus ſtans, globum dextra, haſtam ſiniſtra: in imo PTI.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

PROVIDENTIA AVG. Figura muliebris ſtans, dextra baculum, cornucopiæ ſiniſtra.
Hic nummus mediocris rarus eſt, parvus vero obvius.

PROVIDEN. DEOR. Figura muliebris ſtans a dextris, tenens duo ſigna militaria: ex adverſo ſtat Sol dextra elata, cum globo in ſiniſtra.
Hic nummus tam ſecundæ, quam tertiæ formæ inter rariores locum habet.

SALVS AVG. Figura muliebris ſtans, dextra pateram, qua paſcit ſerpentem aræ circumvolutum, ſiniſtra haſtam.
Hic nummus mediocris de rariorum numero eſt, parvus vero obvius.

SALVS PVBLI. Figura muliebris ſtans, dextra ſerpentem, ſiniſtra pateram: in imo T.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

SECVRITAS AVG. Mulier paludata ſtans, ſiniſtro cubito columnæ innixa, dextra haſtam gerit.
Hic nummus mediocris rariſſimus, & ſingularis eſt.

TEMPORVM FELICITAS. Figura muliebris ſtans, caduceum oblongum dextra, cornucopiæ ſiniſtra.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis rarus eſt, tertiæ vero obvius.

VIRTVS AVG. In aliis VIRTVS AVGVSTI. Imperator eques ſiniſtrorſum gradiens, dextra ſpiculum in hoſtem ſub equo proſtratum contorquet. Diverſi ſunt typi.
Hi nummi ſecundi, & tertii moduli inter rariores recenſendi ſunt.

PRO-



PROBUS Sirmii in Pannonia ortus virtute bellica adeo inclaruit, ut illi a Valeriano primum, deinde a reliquis Imperatoribus maximo in pretio habito, primi inter milites honores, officia, gravioreſque expeditiones demandatæ fuerint. Defuncto Tacito a ſuis militibus Imperator declaratus, Floriano devicto ſolus imperium tenuit, & paulo plus ſexennio, quo regnavit, innumeras gentes, & barbaras nationes, quæ in Romanos fines irruperant, fudit, profligavit, delevit: ſe tamen a ſuorum militum furore tueri non potuit, quos impatientia laborum, quibus illos invictus Imperator jugiter fatigabat, ad ejus necem adegit. Ejus nummi ærei frequentiſſimi ſunt, & obvii, quorum ad bis mille, ſingulos aliqua notabili typi differentia inter ſe diſtinctos, in ſuo ditiſſimo muſeo unus poſſidet D. Abbas de Rothelin.

IMP. C. M. AVR. PROBVS P. F. AVG. Caput Imperatoris radiatum, ad pectus cum lorica, haſtam gerit ſiniſtra, humero ſiniſtro impoſitam.

ABVNDANTIA AVG. Figura muliebris ſtans, utraque manu cornucopiæ geſtat, ex quo opes effundit: in imo III. in aliis IIII.
Hic nummus tertiæ formæ rarus eſt.

IMP. C. PROBVS AVG. COS. Caput Probi radiatum, ad pectus cum trabea, dextra ſtringente ſcipionem cum aquila.
ADLOCVTIO AVG. Imperator ex ſuggeſtu Prætorianos adloquitur adſtante Præfecto Prætorio: duo Prætoriani ſingulos captivos adducunt equos fræno retinentes.
Hic nummus parvus elegantia, & raritate conſpicuus eſt.

AETERNITAS AVG. Lupa cum puerulis. Diverſi ſunt typi.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

CLEMENTIA TEMP. Jupiter nudus cum pallio ſtans a ſiniſtris, globum ſuſtinet dextra, haſtam tenet ſiniſtra: ex adverſo ſtat Imperator laureatus, & paludatus, dextram extendit globum accepturus, haſtæ, cui inſiſtit aquila, adnititur ſiniſtra: inter utramque figuram P. in imo PR.
Hic nummus parvus rarus eſt.

COMITI AVG. Hercules capite laureato nudus ſtans, ramum dextra, clavam cum leonis exuviis ſiniſtra. Diverſi ſunt typi.
Hic nummus parvus inter rariores locum tenet.

CONCORD. AVG. Sol capite radiato nudus ſtans a ſiniſtris, dextram extendit, ſiniſtra globum ſuſtinet: ex adverſo ſtat figura muliebris ſignum militare tenens dextra, & alterum ſiniſtra. Diverſi ſunt typi.
Hic nummus parvus rarioribus adnumerandus.

CONSERVAT. AVG. Sol dextrorſum gradiens dextra elata, ſiniſtra flagrum tenet.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis rariſſimus eſt; tertiæ obvius.

FELICIA TEMPORA. Quatuor pueri anni tempora deſignantes.
Hic nummus minimus rariſſimus eſt.

VIRTVS PROBI AVG. Probus capite radiato ad pectus cum lorica, dextra geſtat ſpiculum humero dextro innixum, ſiniſtra clypeum, in quo VOTIS XV. ET XX.
FELICITAS SEC. Figura muliebris ſtans, caduceum oblongum dextra, ſiniſtra cornucopiæ: in imo SXXT.
Hic nummus parvus ob typum partis adverſæ rariſſimus eſt.

FIDES

FIDES MILITVM. Figura muliebris ſtans, dextra labarum, ſiniſtra cornucopiæ, a tergo a ſiniſtris ſignum militare erectum: in imo XXI. *Hic nummus parvus de rariorum numero eſt. Cum alio typo nummus ſecundæ magnitudinis rariſſimus eſt.*

IOVI STATORI. Jupiter nudus ſtans, haſtæ adnititur dextra, ſiniſtra fulmen tenet.
Hic nummus parvus rarioribus adnumerandus.

LAETITIA FVND. Figura muliebris ſtans, corollam dextra, anchoram ſiniſtra: in imo XXIB.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

MARS VICTOR. Mars nudus cum pallio volitante, ſpiculum geſtat dextra, trophæum ſiniſtra innixum humero ſiniſtro, cum captivo ad pedes: in imo I.
Hic nummus parvus eximiæ eſt raritatis.

MARS VLTOR. Mars galeatus ſiniſtrorſum gradiens, dextra ſpiculum inverſum, ſiniſtra clypeum.
Hic nummus minimus rariſſimus eſt.

MARTI VICTORI AVG. Mars galeatus ſtans, dextra ramum, ſiniſtra adnititur haſtæ: pro pedibus clypeus: in imo II.
Hic nummus parvus raritate conſpicuus eſt.

MILITVM FIDES. Aquila legionaria inter duo ſigna militaria clypeis impoſita.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

ORIENS AVG. Sol capite radiato dextrorſum gradiens, dextra elata, ſiniſtra globum ſuſtinet, dextro pede captivum conculcat; a ſiniſtris ſedet alius captivus.
Hic nummus parvus de rariorum numero eſt.

ORIGINI AVG. Lupa cum puerulis lactentibus.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

IMP. C. PROBVS P. F. AVG. CONS. IIII. Probus capite radiato ad pectus cum trabea, dextra tenet ſcipionem cum aquila.
PAX AVGVSTI. Figura muliebris ſtans, dextra ramum, ſiniſtra haſtam tranſverſam, a dextris in area D.
Hic nummus parvus inter rariores recenſendus.

PERPETVIT. AVG. Figura muliebris ſtans, ſiniſtro cubito innixa columnæ, dextra globum, ſiniſtra haſtam tranſverſam: in imo TI. & corona.
Hic nummus parvus rarioribus adnumerandus.

P. M. TR. P. COS. II. P. P. Leo diſcerpens taurum: in imo XXIQ.
Hic nummus parvus rarus eſt.

P. M. TR. P. COS. III. P. P. Idem typus.
Hic nummus parvus rarior eſt ſuperiore.

PROVIDENTIA AVG. N. Figura muliebris ſtans, dextra globum, ſiniſtra cornucopiæ: in imo XXI.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

RESTITVTOR EXERCITI. Imperator ſtans a ſiniſtris, dextra globum, ſiniſtra haſtam: ex adverſo ſtat figura militaris galeata, dextra extenſa, ſiniſtra innititur haſtæ: inter utramque figuram P. in imo MCXXI.
Hic nummus parvus eſt rarioribus adnumerandus.

PERPETVO IMP. C. PROBO INVICT. AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum lorica.
RESTITVTOR ORBIS. Jupiter nudus ſtans a ſiniſtris, haſtæ innixus ſiniſtra, dextra globum porrigit Imperatori ſtanti ex adverſo laureato, haſtæ innixo ſiniſtra: in imo R Δ. ſtella intermedia.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt, præſertim ob capitis inſcriptionem.

ROMAE AETERNAE. Templum ſex columnis ſuffultum, in cujus medio ſtat Roma.
Hic nummus medii moduli rariſſimus eſt, parvi moduli obvius.

SALVS

SALVS PVBLICA. Typus Salutis: in imo TXXI.
Hic nummus parvus de numero rarorum eſt.

SECVRITAS ORBIS. In aliis SECVRITAS PERPETVA. Figura muliebris ſtans, dextra haſtæ innixa, ſiniſtro cubito columnæ.
Hi nummi parvi rari ſunt.

SISCIA PROBI AVG. Figura muliebris ſtans, coronam explicatam tenet utraque manu, hinc inde fluvius cum urnis.
Hic nummus parvus de rariorum numero eſt.

SPES AVG. Typus Spei.
Hic nummus parvus rarus eſt.


VICTORIA GER. Trophæum erectum inter duos captivos humi ſedentes.
Hic nummus ſecundæ formæ rariſſimus eſt, tertiæ vero obvius.

VICTORIAE AVG. Duæ victoriæ ex adverſo ſtantes, laurum arborem intermediam manibus tenent: in imo KAP.
Hic nummus parvus inter rariores collocandus.

VIRTVS INVICTI AVG. Imperator eques ſpiculum in hoſtem proſtratum contorquet, ante ipſum volitat Victoria coronam ei porrigens. Diverſi ſunt typi.
Hi nummi parvi de rariorum numero ſunt.

VOTIS X. ET XX. FEL. In corona laurea.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

Digitized by Google



CARUS, poſt Probi obitum, quem Senatus, populuſque Romanus ingenti luctu eſt proſecutus, a militibus ad imperium promotus eſt. Domitis Sarmatis, qui Thraciam, atque Illyricum invaſerant, magna eorum clade edita, in Perſas exercitum movit, quibus ſuperatis Persici illuſtre cognomen ſibi comparavit. Vix duos annos imperii egerat, quum ultra Cteſiphontem caſtris poſitis, juxta Tigrim, fœda tempeſtate ſuborta, fulmine ictus in ſuo tentorio periit, unà cum ipſo, tentorio conflagrato. Cari nummi ærei tertii moduli obvii ſunt.

IMP. CARVS P. F. AVG. Caput Cari radiatum, cum lorica ad pectus.
ABVNDANTIA AVG. Figura muliebris ſtans, cornucopiæ geſtat utraque manu, ex quo opes effundit: in imo TXXI.
Hic nummus tertii moduli rarus eſt.

AEQVITAS AVGG. Figura muliebris ſtans, dextra bilancem, ſiniſtra cornucopiæ: a ſiniſtris in area A.
Hic nummus parvus de rariorum numero cenſendus eſt.

IMP. C. M. AVR. CARVS P. F. AVG. Caput Cari radiatum, cum lorica ad pectus.

AETER-

Digitized by Google

AETERNIT. IMPERI. Sol nudus cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, dextrorſum gradiens, dextram extendit, & flagrum tenet ſiniſtra: in imo AKA.
Hic nummus parvus rarioribus adnumerandus eſt.

ANNONA AVGG. Figura muliebris ſtans, dextra ſpicas ſupra modium, læva cornucopiæ: in imo RB.
Hic nummus parvus inter rariores locandus.

CLEMENTIA TEMP. Jupiter a ſiniſtris ſtans, dextra globum cum Victoriola tenet, haſtam ſiniſtra: ex adverſo ſtat Carus dextram extendens, ſiniſtra ſcipionem tenet cum aquila: inter utramque figuram Γ. in imo XXI.
Hic nummus parvus in Probo obvius, in Caro rariſſimus eſt.

DIVO CARO PERS. Caput Cari radiatum, ad humeros.
CONSECRATIO. Aquila a fronte alis expanſis: in imo KA. Luna intermedia.
Hic nummus parvus raritate, & elegantia ſpectabilis eſt.

DIVO CARO PARTHICO. Caput Cari radiatum, ad humeros.
CONSECRATIO AVG. Aquila a fronte alis expanſis: a ſiniſtris in area A: in imo SMSXXI.
Hic nummus parvus inter rariores recenſendus.

DEO ET DOMINO CARO AVG. Capita adverſa Solis radiati cum paludamento ad humeros a dextris, & Cari radiati cum pectore loricato.
FELICITATI PVBLICAE. In aliis FELICITAS REIPVBLICAE. Figura muliebris ſtans, dextra pateram, ſiniſtra haſtam tranſverſam, qua innititur columnæ. Diverſi ſunt typi.
Hi nummi tertii moduli rariſſimi ſunt, ſed ſecundi longe rariſſimi, & præſtantiſſimi.

VIRTVS CARI AVG. Caput Cari galeatum, & radiatum cum pectore loricato, dextra gerente ſpiculum humero dextro innixum, ſiniſtra clypeum.
PAX AVGG. In aliis PAX AVGVSTORVM. Figura muliebris ſtans, ramum dextra, haſtam tranſverſam læva: a dextris in area B.
Hi nummi parvi cum rarioribus collocandi.

IMP.

Digitized by Google


CARVS ET CARINVS AVGG. Cari, & Carini capita jugata radiata, cum pectore loricato.
VICTORIA AVGG. Victoria dextrorſum converſa inſiſtens globo, lauream dextra, ſiniſtra palmam: duo captivi humi ſedent manibus poſt terga revinctis, unus a dextris, alter a ſiniſtris: a dextris in area A.
Hic nummus parvus raritate, & elegantia præſtantiſſimus eſt.

VIRTVS CARI AVG. Carus capite galeato, & radiato cum lorica ad pectus, ſpiculum geſtat dextra humero dextro innixum, ſiniſtra clypeum, in quo figura armata alteram proſtratam ferit.
VICTORIA AVGG. Typus idem, ac in nummo ſuperiore.
Hic nummus parvus ob typum capitis inter rariores reputandus eſt.

VIRTVS AVG. Mars nudus galeatus ſtans, haſtæ nititur dextra, clypeum humi poſitum tenet læva: in imo Q.XXI.
Hic nummus parvus inter rariores eſt recenſendus.

VIRTVS AVGG. Carus paludatus ſtans, Victoriolam globo impoſitam ſuſtinet dextra, quam Carino ſtanti ex adverſo tradit, haſtæ vero adnititur ſiniſtra.
Hic nummus parvus de rariorum numero eſt.





MAGNIÆ URBICÆ fruſtra apud antiquos Scriptores nomen requiras. Ejus notitiam unice nummis debemus. Hanc uxorem Maxentii Nummographi rebantur. Tandem Caro uxor reddita eſt pene certis argumentis petitis partim ex ſcalpturæ ſimilitudine cum nummis Cari, partim ex ſiglis ad imum nummi adpoſitis, quales in uſu fuere ab Aureliano ad Diocletianum uſque, ſed etiam ex eo, quod duo fuerunt Cari filii Numerianus, & Carinus, & duo pueri repræſentantur in nummo æreo maximi moduli Magniæ Urbicæ. Ejus nummi ærei ſecundi moduli rariſſimi ſunt, tertii non obvii.

MAGN. VRBICA AVG. In aliis MAGNIA VRBICA AVG. Caput Urbicæ ad pectus cum ſtola: in aliis cum margaritis circa collum, ſtola palmata ad pectus, & luna bicorni ad humeros.
VENVS CELEST. Figura muliebris ſtans, pomum dextra tenet, & haſtæ puræ adnititur læva: in imo SXXI.
Hic nummus mediocris rariſſimus eſt, parvus non obvius.

VENVS GENITRIX. Typus idem, ac ſuperior: in area D.
Hic nummus parvus non obvius eſt.

VENVS VICTRIX. Figura muliebris ſtans, galeam ſuſtinet dextra, haſtam ſiniſtra; ad pedes clypeus.
Hic nummus ſecundi moduli rariſſimus eſt, tertii rarus.

NU-

Digitized by Google



NUMERIANUS, Cari filius natu minor, mortuo Caro a militibus ad imperium evectus eſt. Prima ejuſdem cura fuit victorem exercitum ex Perſide reducem in Europam referre; ſed eadem & noviſſima fuit, in eadem enim lectica, qua vehebatur, ab Arrio Apro ſuo ſocero, pugione confoſſus eſt, poſt vix abſolutum unum menſem imperii. Ejus nummi æ rei tertiæ formæ vulgares ſunt.

NVMERIANVS NOB. CAES. In aliis IMP. C. NVMERIANVS P. F. AVG. Caput Numeriani radiatum, cum paludamento ad pectus. CLEMENTIA TEMP. Figura virilis laureata ſtans a ſiniſtris, Victoriolam ſuſtinet dextra, ſiniſtra adnititur haſtæ: ex adverſo ſtat figura virilis laureata, dextram protendens ad Victoriolam, ſcipionem ſiniſtra tenet: inter utramque figuram Γ. in imo XXI.
Hic nummus parvus rarus eſt.

DIVO NVMERIANO. Caput Numeriani radiatum, ad humeros. CONSECRATIO. Aquila a fronte alis expanſis: in imo KAA.
Hic nummus parvus rarus eſt.

FELICITAS AVGG. Mulier ſtans dextra caduceum, columnæ innititur brachio ſiniſtro: a dextris in area B.
Hic nummus parvus de rariorum numero eſt.

Digitized by Google

FIDES EXERCIT. AVGG. Figura muliebris ſedens, dextra pateram, ſiniſtra innititur ſigno militari: a dextris duo ſigna militaria erecta: a ſiniſtris in area Γ. in imo SMSXXI.
Hic nummus parvus ejuſdem eſt raritatis, ac ſuperior.

IOVI VICTORI. Jupiter nudus pallio in brachium ſiniſtrum rejecto ſtans, Victoriolam dextra, haſtam ſiniſtra; ad pedes aquila: in imo KAB.
Hic nummus parvus rarus eſt.

MARS VICTOR. Mars galeatus ſiniſtrorſum gradiens, dextra ſpiculum, ſiniſtra trophæum ad humerum ſiniſtrum.
Hic nummus mediocris rariſſimus eſt; parvus obvius.

IMP. NVMERIANVS INVICT. AVG. Caput Numeriani radiatum, cum paludamento ad humeros.
ORIENS AVGG. Sol nudus dextrorſum gradiens, dextra extenſa, ſiniſtra flagrum tenet: in imo KAS.
Hic nummus parvus de rariorum numero eſt, præſertim ob capitis epigraphen.

PRINCIPI IVVENT. In aliis IVVENTVT. Numerianus laureatus, & paludatus ſtans, globum, in aliis ſcipionem dextra, ſiniſtra adnititur haſtæ.
Hi nummi parvi rari ſunt.

PROVIDENTIA AVG. In aliis AVGG. Mulier ſtans, ſpicas, in aliis ſceptrum dextra tenet, cornucopiæ ſiniſtra; ad pedes globus, in aliis modius, in quo ſpicæ.
Hi nummi parvi de rariorum numero ſunt.

ROMAE AETERNAE. Figura muliebris inſidens ſpoliis, Victoriolam dextra, haſtam læva: in imo VIXXIT.
Hic nummus parvus rarus eſt.

VENERI VICTRI. Venus ſtans, dextra veſtem ſuſtollit, ſiniſtra pomum tenet.
Hic nummus minimus rariſſimus eſt.

VIR-

Digitized by Google

VIRTVS AVGG. Duo Imperatores ſtantes ex adverſo, ſuſtinentes unà globum cum Victoriola: qui a ſiniſtris, haſtæ adnititur ſiniſtra, qui a dextris, ſcipionem tenet ſiniſtra: in imo XX.
Hic nummus parvus inter rariores numerandus.

Eadem epigraphe. Hercules clavæ innixus ſtans, dextra poſt tergum reducta.
Hic nummus minimus rariſſimus eſt.

VIRTVS AVGGG. Duo Imperatores laureati, & paludati ſtantes ex adverſo, globum ſuſtinent dextra: qui a ſiniſtris haſtæ innititur ſiniſtra, qui a dextris ſcipionem tenet ſiniſtra: in imo ΕΔ.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt ob triplicem literam G.


VNDIQVE VICTORES. Numerianus laureatus, ac paludatus ſtans, globum ſuſtinet dextra, haſtæ innititur ſiniſtra; ad pedes hinc inde ſedent duo captivi manibus poſt terga revinctis: in imo ΚΑϛ.
Hic nummus parvus rarus eſt.

VOTA PVBLICA. Imperatores ambo ſacra faciunt ad tripodem, ſupra quem ignis accenſus; juxta utrumque ſtat ſignum erectum: in imo SMSXXIΓ.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

G B. Sintes

CA-

Digitized by Google



CARINUS Cari filius natu major, a patre, & Numeriano fratre multum degener Galliis imperitavit per omne id tempus, quo Carus, & Numerianus bella in Sarmatas, & Perſas geſſere; utroque defuncto ſolus imperium tenuit. Sed audita Diocletiani electione, contra ipſum progreſſus, dum feliciter pugnat, victoſque inſequitur, a ſuis, quibus ob impudicos mores deſpectui erat, atque odio, interfectus eſt anno ab imperio adſumpto vix abſoluto. Ejus nummi ærei tertiæ magnitudinis obvii ſunt.

IMP. CARINVS P. F. AVG. Caput Carini radiatum, ad pectus cum paludamento.
ADVENTVS AVG. Imperator laureatus, & paludatus eques, dextra elata, ſiniſtra haſtam tenet: a dextris in area T. in imo QXXI.
Hic nummus tertiæ magnitudinis rariſſimus, imo ſingularis eſt.

AETERNITAS AVG. In aliis AVGG. Figura muliebris ſtans, phœnicem globo impoſitum geſtat dextra, ſiniſtra veſtem colligit: in imo KAP.
Hic nummus mediocris rariſſimus eſt, parvus vero de rariorum numero.

CLE-

Digitized by Google

CLEMENTIA TEMP. Jupiter nudus ſtans a ſiniſtris, Victoriolam ſuſtinet dextra, haſtæ ſubnixus ſiniſtra: ex adverſo ſtat Carinus laureatus, & paludatus dextram extendens Victoriolæ, ſcipionem tenens ſiniſtra: inter utramque figuram B. in imo XXI.
Hic nummus parvus rarus eſt.

M. AVR. CARINVS P. F. NOB. CAES. Caput Carini radiatum, ad humeros cum paludamento.
FIDES MILITVM. Mulier ſtans, ſignum militare tenet dextra, alterum ſiniſtra: in imo XXI.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt, præſertim ob epigraphen capitis.

FORTVNA AVGG. Figura muliebris ſedens, dextra temonem, ſiniſtra cornucopiæ: in imo TXXI.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

GENIVS EXERCITI. Genius nudus cum modio ſupra caput ſtans, pateram tenet dextra, cornucopiæ ſiniſtra: in imo KAA.
Hic nummus parvus rarus eſt.

IOVI CONSER. Jupiter nudus cum pallio a tergo globum tradit Carino paludato ex adverſo ſtanti, haſtæ innixo ſiniſtra: inter utramque figuram B. in imo SMSXXI.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

IOVI VICTORI. Jupiter nudus ſtans, Victoriolam ſuſtinet dextra, haſtæ adnititur læva; ad pedes aquila: in imo KAB. Luna intermedia.
Hic nummus parvus de rariorum numero eſt.

LAETITIA FVND. Mulier ſtans, corollam dextra, ſiniſtra temonem impoſitum globo: in imo KAΓ.
Hic nummus parvus inter rariores numerandus.

PAX AVGG. Figura muliebris ſtans, dextra ramum, ſiniſtra haſtam: a dextris in area T. in imo QXXI.
Hic nummus ſecundi moduli rariſſimus eſt, tertii vero longe minus rarus.

PIETAS AVG. Mercurius nudus cum petaſo, & pallio ſtans, crumenam dextra, caduceum læva: in imo KAΔ.
Hic nummus parvus rarioribus adnumerandus.

M. AVR.

M. AVR. CARINVS NOB. CAES. Caput Carini radiatum, ad pectus cum lorica.
PRINCIPI IVVENTVT. Carinus laureatus, & paludatus ſtans, globum ſuſtinet dextra, haſtæ innititur læva. Diverſi ſunt typi.
Hi nummi parvi rari ſunt.

PROVIDENT. AVGG. Figura muliebris ſtans, dextra tenet ſpicas ſupra modium, ſiniſtra cornucopiæ: in imo VIXXI.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

SAECVLI FELICITAS. Figura galeata ſtans, dextra haſtam, ſiniſtra globum: a ſiniſtris in area D.
Hic nummus mediæ formæ rariſſimus eſt, parvæ tantum rarus.

SALVS AVGG. Typus Salutis: a ſiniſtris in area D.
Hic nummus parvus rarus eſt.

CARINVS ET NVMERIANVS AVGG. Capita Carini, & Numeriani laureata jugata.
VICTORIA AVGG. Victoria gradiens ſiniſtrorſum, utraque manu geſtat trophæum. In aliis ſertum tenet dextra, palmæ ramum ſiniſtra.
Hi nummi parvi rariſſimi, & præſtantiſſimi ſunt.


VIRTVS AVG. Figura militaris galeata ſtans, dextra clypeo humi poſito innixa, ſiniſtra haſtam tenet.
Hic nummus minimus rariſſimus eſt.

VIRTVS AVGG. Duo Imperatores laureati, & paludati ſtantes ex adverſo, unà globum cum Victoriola ſuſtinent. Diverſi ſunt typi.
Hi nummi tertiæ formæ rariſſimi ſunt.

VIRTVTI AVGG. Hercules nudus ſtans, clavam humi poſitam dextra tenet, arcum cum leonis exuviis ſiniſtra: in imo KAZ.
Hic nummus parvus rarioribus adſcribendus.

VOTA PVBLICA. Duæ figuræ viriles laureatæ, & paludatæ ad tripodem, ſupra quem ardet ignis, ſacrificant, & circa tripodem duo ſigna militaria erecta: in imo SMSXXIA.
Hic nummus parvus inter rariores recenſendus.

NI-



NIGRINIANUS nobis innotuit mediis nummis; ceterum altum de eo apud veteres Scriptores ſilentium. Qui illi locus in ſerie adſignandus, non liquet. Per hæc tempora vixiſſe autumant Antiquarii. Triſtanus, Alexandri filium Tyranni in Africa ſub Maxentio, ratus eſt, a quo conſecratus. Ejus nummi ærei paulo grandiores, longe etiam rariores ſunt iis, qui tertii moduli cenſentur. Omnes præferunt eamdem epigraphen.

DIVO NIGRINIANO. Caput Nigriniani radiatum, ad humeros.
CONSECRATIO. Ara quadrata, ſupra quam ardet ignis. In aliis aquila a fronte, alis expanſis: in imo KAA. luna, vel corona intermedia.
Hi nummi ſecundi moduli rariſsimi ſunt; tertii vero tantum rari.

Digitized by Google



JULIANUS, Carino in Galliis imperante, per Illyricum, & Pannonias Imperatorem ſe geſſit, contractoque exercitu adverſus Carinum progreſſus, in campis Veronenſibus pugnam inire auſus, fuſus, & cæſus eſt, paucis ab uſurpato imperio menſibus. Ejus nummi ærei rariſſimi ſunt.

IMP. C. M. AVR. IVLIANVS P. F. AVG. Caput Juliani radiatum, cum paludamento ad humeros.
FELICITAS TEMPORVM. Figura muliebris ſtans, caduceum dextra, adnititur haſtæ ſiniſtra: a dextris in area S. a ſiniſtris B. in imo XX.
Hic nummus tertii moduli rariſſimus eſt.

PANNONIAE AVG. Duæ figuræ muliebres ſtantes dextris elatis; & quæ a ſiniſtris eſt, ſiniſtra geſtat ſignum militare.
Hic nummus parvus raritate priorem ſuperat.

VICTORIA AVG. Victoria gradiens coronam dextra, palmæ ramum ſiniſtra tenet: a dextris in area S. a ſiniſtris A. in imo XXI.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

DIO-



DIOCLETIANUS Dalmata ex urbe Salona militaribus muneribus egregie functus, poſt obitum Numeriani ab exercitu orientali Imperium accepit, quod cæſo Carino fuit eidem ab hujus militibus confirmatum. Quum innumeris bellis partim a barbaris gentibus inlatis,partim ſuſcitatis ab iis, qui Imperatoriam purpuram uſurpaverant, ſe unum ſufficere non poſſe videret, Aurelium Valerium Maximianum in conſortium imperii primum adſumpſit; deinde Conſtantium Chlorum, & Galerium Maximianum, Cæſares nuncupavit, iiſque exercitus, provinciaſque regendas diſtribuit. Imperii tandem pertæſus, poſt viginti annos, quibus illud rexerat, ſimul cum Maximiano abdicavit; octavoque ab abdicato imperio anno Salonæ obiit. Ejus nummi ærei frequentes, ac triti ſunt, tam ſecundæ, quam tertiæ formæ.

DIOCLETIANVS P. F. AVG. Caput Diocletiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

ABVNDANTIA AVGG. Figura muliebris cornucopiæ geſtat utraque manu, ex quo opes effundit: in imo A.

Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

Digitized by Google

AETERNITAS AVGG. Elephas cum rectore dextrorſum gradiens: in imo A.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

AVSPICE FEL. Felicitas ſtans, dextra teſſeram tenet, ſiniſtra caduceum, ad pedes vir ſupplex manus attollens.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

COMES AVGG. Pallas galeata ſtans, haſtæ adnititur dextra, clypeum humi poſitum tenet ſiniſtra.
Hic nummus parvus inter rariores recenſendus.

FELIX ADVENTVS AVGG. NN. Figura muliebris cum capite proboſcide tecto ſtans, labarum tenet dextra, elephanti dentem ſiniſtra; ad pedes leo, & taurus cubantes: in imo PFP.
Hic nummus ſecundi moduli rarus eſt, & elegans.

FORTVNAE REDVCI AVGG. NN. Mulier ſedens, temonem dextra, cornucopiæ ſiniſtra. Non unus eſt typus.
Hi nummi ſecundi, & tertii moduli inter rariores numerandi.

D. N. DIOCLETIANO AETER. AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad pectus cum paludamento.
GENIO POP. ROM. Genius nudus cum modio in capite ſtans, dextra pateram, læva cornucopiæ: in imo PLC.
Hic nummus ſecundi moduli ob capitis epigraphen rariſſimus eſt.

IOVI FVLGERATORI. Jupiter nudus ſtans cum pallio in ſiniſtra, fulmen jacit; ad pedes aquila: in imo XX.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

IOVI ET HERCVLI CONS. AVGG. Jupiter, & Hercules ſtantes, hic Victoriolam, & clavam tenet, ille globum, & haſtam. Diverſi ſunt typi.
Hi nummi parvi de rariorum numero ſunt.

MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum paludamento. In aliis caput ejuſdem pelle leonina tectum, ad humeros.
Hic nummus tam parvus, quam minimus rariſſimus eſt.

P. M.

P. M. TR. P. VII. COS. IIII. P. P. Leo radiatus gradiens, fulmen ore gerit.
Hic nummus parvus rariſsimus eſt.

D. N. DIOCLETIANO FELICISSIMO SEN. AVG. Diocletianus ad pectus cum trabea, ramum dextra, ſcipionem ſiniſtra.
PROVIDENTIA DEORVM QVIES AVG. Figura muliebris a dextris ſtans ramum demiſſum dextra, haſtæ adnititur ſiniſtra: ex adverſo ſtat altera figura muliebris dextra elata, ſiniſtra ſtola involuta: a dextris in area S. a ſiniſtris F. in imo PTR.
Hic nummus ſecundi moduli rariſsimus eſt.

QVIES AVGG. Figura muliebris ſtans, ramum demiſſum dextra tenet, ſiniſtra adnititur haſtæ.
Hic nummus tam ſecundæ, quam tertiæ magnitudinis inter raros locum habet.

ROMAE AETER. Roma inſidens ſpoliis, dextra Victoriolam, ſiniſtra haſtam: in imo VIXXIT.
Hic nummus parvus rarioribus adnumerandus.

SACRA MONET. AVGG. ET CAESS. NOSTR. In aliis SACRA MON. VRB. AVGG. ET CAESS. NN. Figura muliebris ſtans, bilancem dextra, cornucopiæ læva.
Hi nummi ſecundæ magnitudinis non obvii ſunt.

SALVIS AVGG. ET CAESS. AVCTA KART. In aliis SALVIS AVGG. ET CAESS. FEL. KART. Figura muliebris ſtans, manibus expanſis fructus quoſdam tenet. Diverſi ſunt typi.
Hi nummi mediocres haud obvii ſunt.

SECVRIT. PERP. Figura muliebris ſtans, dextram attollit ad caput, haſtam tranſverſam geſtat ſiniſtra, qua & cippo innititur: in imo A.
Hic nummus parvus rarus eſt.

VICTORIA AVGG. Victoria dextrorſum gradiens, lauream dextra, læva palmam; pro pedibus captivus humi ſedens manibus poſt terga revinctis. Diverſi ſunt typi.
Hic nummus parvus de rariorum numero eſt.

VIR-

Digitized by Google

VIRTVS AVGG. Hercules nudus ſtans, arcum tenſum cum ſagitta tenet utraque manu, exuvias leonis geſtat ſiniſtro brachio, ſub pedibus clava. In aliis Hercules ſtans globum tradit Imperatori.
Hi nummi parvi rariſſimi ſunt.

VIRTVTI AVGG. Hercules leonem ſuffocans.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

VOTA PVBLICA. Navis cum duobus malis, & velis, Iſide ſtante ad proram, & alia figura colligente vela.
Hic nummus mediocris rariſſimus eſt.

VOT. X. MVLT. XX. Victoria globo inſiſtens, coronam dextra, læva palmam: in area a dextris D. in imo PTR.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

VTILITAS PVBLICA. Figura muliebris ſtans, ambabus manibus pectori adplicitis, & ſtola involutis: in imo T.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

VA-

Digitized by Google



VALERIUS MAXIMIANUS Herculii cognomen adſumpſit, quemadmodum Diocletianus appellari voluerat Jovius. Conſors imperii a Diocletiano factus, cum eodem pariter abdicare debuit. Sed non multo poſt, quum abdicationis pœnituiſſet, iterum purpuram induit, quam tamen a ſuis militibus deſertus deponere brevi coactus fuit. Quum autem privatam vitam agere moleſte ferret, dum Conſtantino inſidias molitur, laqueo vitam finire debuit, anno ab imperio accepto vigeſimo quarto. Hujus Imperatoris nummi ærei triti ſunt, & communes.

MAXIMIANVS P. F. AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum lorica.
ABVNDANTIA AVGG. ET CAESS. NN. Figura muliebris ſtans, effundit pecuniam, homine ſupplice ante pedes eam excipiente: in imo A.
Hic nummus parvi moduli rariſſimus eſt.

ADVENTVS AVGG. Duo Imperatores equites dextris elatis: in imo XXI.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

DIVO

Digitized by Google

DIVO MAXIMIANO PATRI MAXENTIVS AVG. Caput Maximiani velatum, ad humeros.
AETERNA MEMORIA. Templum rotundum ſex columnis ſuffultum, in cujus ſummitate aquila: in imo MOSTP.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis inter rariores recenſendus eſt.

AETERNIT. AVGG. Elephas gradiens cum ſuo ſeſſore.
Hic nummus parvus non obvius eſt.

AVSPIC. FEL. Figura muliebris ſtans, teſſeram dextra, caduceum ſiniſtra: pro pedibus ara, circa quam ſerpens circumvolutus: a ſiniſtris in area D. in imo PTR.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

CLARITAS AVGG. Sol ſtans dextra elata, læva globum tenet; ad pedes captivus: in imo PTR.
Hic nummus parvus eximiæ raritatis eſt.

CLEMENT. TEMP. Jupiter nudus ſtans, dextra Victoriolam, ſiniſtra haſtam: ſtat ante eum Imperator togatus dextram protendens: in imo XXI.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

COMES AVGG. Pallas galeata ſtans, haſtæ adnititur dextra, ſiniſtra tenet clypeum humi poſitum: in imo C.
Hic nummus parvus de rariorum numero eſt.

CONCORDIA AVGG. Duæ figuræ viriles togatæ in ſella curuli dextrorſum ſedentes: in imo S. C.
Hic nummus ſecundi moduli rariſſimus eſt.

Eadem epigraphe. Duæ figuræ muliebres ſtantes ex adverſo dextras jungunt, cornucopiæ tenentes ſiniſtra.
Hic nummus parvi moduli inter rariores recenſendus eſt.

CONCORDIAE AVGG. Jupiter nudus ſtans a ſiniſtris, Victoriolam dextra, haſtam læva: ex adverſo ſtat Imperator dextram protendens, læva ſcipionem tenens: in imo T.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

CON-

Digitized by Google

CONCORDIA FELIX DD. NN. Duo Imperatores togati dextras jungunt: in imo PLC.
Hic nummus mediocris formæ rariſſimus eſt.

CONSERVATOR AVGG. Imperator, & Hercules ſtantes tripode intermedio: in imo XXIB.KOY.
Hic nummus parvus ejuſdem eſt raritatis, ac ſuperior.

CONSERVATORES KART. SVAE. Genius in Templo ſtans, dextra uvâm, ſiniſtra ſpicas: in imo PKA.
Hic nummus ſecundæ formæ rariſſimus eſt.

CONSERV. VRB. SVAE. In aliis CONSERVATORES VRBIS SVAE. In aliis CONSERVATORI VRB. SVAE. Templum ſex columnis ſuffultum, in cujus veſtibulo mulier galeata ſedens a fronte, dextra globum, ſiniſtra haſtam.
Hi nummi ſecundi moduli raritatis, & præſtantiæ ſunt eximiæ.

FELICIT. PVBL. Figura muliebris ſtans, caduceum dextra tenet, cippo innititur ſiniſtra: in imo B.
Hic nummus parvi moduli inter rariores numerandus.

FELIX ADVENT. AVGG. NN. Figura muliebris cum capite proboſcide elephanti tecto ſtans, labarum dextra, elephanti dentem læva: ante pedes leo, & taurus cubant: in area I. in imo PF. S.
Hic nummus mediocris formæ inter rariores ſcribendus eſt.

FIDES AVGG. ET CAESS. NN. Figura muliebris ſtans ſignum militare tenet dextra, alterum ſiniſtra: in imo AQP.
Hic nummus ſecundi moduli rariſſimus eſt.

D. N. MAXIMIANO SEN. AVG. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum paludamento.
FIDES MILITVM. Idem typus, ac ſuperior.
Hic nummus ſecundi moduli ob capitis epigraphen rariſſimus eſt.

FIDES MILITVM AVGG. ET CAES. NN. Typus idem, ac ſuperior.
Hic nummus ſecundi moduli rariſſimus eſt.

Digitized by Google

FORTVNAE REDVCI AVG. ET CAES. Figura muliebris ſtans, dextra temonem, ſiniſtra cornucopiæ: in imo TR.
Hic nummus parvi moduli rariſſimus eſt.

FORTVNAE REDVCI AVGG. NN. Idem typus, ac ſuperior: in imo ATR.
Hic nummus ſecundi moduli ejuſdem eſt raritatis, ac ſuperior.

IMP. MAXIMIANVS P. F. AVG. Maximiani, & Diocletiani capita jugata laureata, ad pectus cum lorica.
GENIO POPVLI ROMANI. Genius capite turrito dextra tenens pateram ad aram, & cornucopiæ læva: a dextris in area CI. a ſiniſtris $\frac{H}{S}$. in imo PTR.
Hic nummus ſecundæ formæ quoad partem averſam obvius, quoad vero adverſam rariſſimus eſt.

IMP. MAXIMIANVS P. F. AVG. Capita Maximiani, & Herculis jugata laureata.
Eadem epigraphe, idemque typus: a ſiniſtris in area ſtella: in imo TR.
Hic nummus, ut ſuperior, rariſſimus eſt.

HERCVLI CONSERVAT. In aliis HERCVLI CONSERVATORI. Hercules nudus ſtans, ramum dextra elata, & clavam cum exuviis leonis ſiniſtra tenet. Diverſi ſunt typi.
Hic nummus tam mediocris, quam parvi moduli de rariorum numero eſt.

IMP. C. MAXIMIANVS P. F. AVG. Maximianus capite radiato nudus, ad humeros leonis exuviis tectos, clavam geſtat dextra humero dextro innixam.
HERCVLI INVICTO AVGG. Hercules nudus ſtans, dextra ſuſtinet globum cum Victoriola, ſiniſtra clavam humi poſitam cum leonis exuviis tenet: a dextris in area A. in imo XXIT.
Hic nummus parvus inter rariores collocandus.

HERCVLI VICTORI. Hercules ſedens a fronte, ſiniſtra clavæ innixa, dextra brachio ſiniſtro: prope eum a ſiniſtris pharetra, & arcus.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

IMP.

Digitized by Google

IMP. MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani laureatum ſub Herculis ſpecie cum clava in manu dextra ad humerum dextrum, & leonis exuviis.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Jupiter ſtans, dextra globum tenet, ſiniſtra haſtam: ante ipſum ſtat Victoria coronam ei imponens: in imo B.
Hic nummus parvus eximiæ eſt raritatis.

IOVI TVTATORI AVGG. Jupiter nudus ſtans, dextra globum cum Victoriola, ſiniſtra haſtam: ante pedes aquila.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

IOVI ET HERCV. CONSER. AVGG. Jupiter nudus ſtans a dextris, globum tenet dextra protenſa, ſiniſtra haſtam: ex adverſo ſtat Hercules dextra Victoriolam, ſiniſtra clavam cum exuviis leonis: inter utramque figuram T. in imo XXI.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

DIVO MAXIMIANO SEN. FORTI. Caput Maximiani velatum, & laureatum, ad humeros.
MEMORIAE AETERNAE. Leo gradiens. In aliis leo gradiens, clava in parte nummi ſuperiore. In aliis aquila alis expanſis.
Hi nummi parvi moduli inter rariores numerandi.

IMP. MAXIMIANVS AVG. Maximiani, & Herculis capita jugata, & laureata, ad humeros.
MONETA AVG. In aliis AVGG. Tres monetæ ſtantes cum attributis.
Hi nummi parvi raritate, & elegantia ſingulares ſunt.

MONETA. S. AVGG. ET CAESS. NN. Mulier ſtans, cum bilance in dextra, & cornucopiæ in læva: in area ſtella: in imo PTR.
Hic nummus mediocris inter rariores locum habet.

PAX AVGGG. Figura muliebris ſtans, dextra ramum, læva haſtam tranſverſam: in imo A.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

PIETAS AVGG. Figura paludata ſtans dextra elata: a ſiniſtris ara. In aliis figura paludata, ac laureata ſtans, figuram muliebrem capite turrito cornucopiæ geſtantem ſiniſtra, ac procumbentem ſublevat dextra, haſtæ adnititur ſiniſtra: in area C. in imo PTR.
Hi nummi parvi rariſſimi ſunt.

P. M. TR. P. VIII. COS. III. P. P. Leo radiatus gradiens fulmen ore gerit: in imo B. & ſtella.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

PRIMIS X. MVLTIS XX. Hercules ſtans: in imo XXIQ.
Hic nummus parvus rariſsimus eſt.

D. N. MAXIMIANO FELICISSIMO SEN. AVG. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum trabea.
PROVIDENTIA DEORVM QVIES AVG. In aliis AVGG. Figura muliebris ſtans a dextris dextram extendit, ſiniſtra non adparente: ex adverſo ſtat figura muliebris, lauri ramum demiſſum tenens dextra, haſtæ innixa ſiniſtra.
Hi nummi ſecundi moduli rari ſunt.

DIVO MAXIMIANO SEN. P. OPTIMO. Caput Maximiani velatum, & laureatum, ad humeros.
REQVIES OPTIMOR. MERIT. Maximianus inſidens ſellæ curuli, dextram attollit, ſcipionem tenet ſiniſtra: in imo AS.
Hic nummus tertii moduli rariſsimus eſt.

ROMAE AETER. Templum exaſtylum, in cujus medio ſedet figura muliebris galeata, dextra Victoriolam, ſiniſtra haſtam: in imo PLIV.
Hic nummus mediocris rariſſimus eſt.

SALVIS AVGG. ET CAESS. AVCTA KART. In aliis FEL. KART. Figura muliebris ſtans, corollam dextra, ramum ſiniſtra. In aliis dextra fruges, ſiniſtra ſpicas.
Hi nummi medii moduli rariſſimi ſunt.

TEMPOR. FELICIT. Genius capite turrito ſedens, dextra pateram, ſiniſtra cornucopiæ: in imo TR.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

VI-

VICTORIA AVGG. Figura laureata, & paludata ſtans a dextris, globum cum Victoriola ſuſtinet dextra, ſiniſtra non adparente, ex adverſo ſtat figura ſimilis protendens dextram, haſtam geſtans ſiniſtra: inter utramque figuram A. in imo XXI.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

Eadem epigraphe. Victoria ſtans, & pede lævo globum calcans, clypeo inſcribit VOTIS X.
Hic nummus parvus ejuſdem eſt raritatis, ac ſuperior.

VIRTVS AVGG. Imperator eques dextra ſpiculum in hoſtem contorquet, alter ſub equo proſtratus jacet.
Hic nummus minimæ formæ rariſſimus eſt.

Eadem epigraphe. Hercules nudus ſtans, dextra clavæ innixus, ſiniſtra arcum, & leonis exuvias tenet. Diverſi ſunt typi.
Hi nummi parvi de rariorum numero ſunt.

VIRTVS AVGG. Mars galeatus ſtans, dextra haſtæ innititur, ſiniſtra clypeo humi poſito: a dextris in area S. a ſiniſtris P. in imo MLXXI.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

VIRTVS AVGG. ET CAESS. Imperator paludatus eques militem procumbentem haſta impetit dextra, clypeo ſiniſtra armata, ſub equo adeſt alius miles proſtratus: in imo AQP.
Hic nummus medii moduli ejuſdem eſt raritatis, ac ſuperior.

VIRTVTI AVGG. Hercules nudus cum leone luctatur. Diverſi ſunt typi.
Hi nummi parvi rari ſunt.


D. N. MAXIMIANO BEATISSIMO SEN. Maximianus capite laureato, ad pectus cum trabea, dextra geſtat ramum.
VOTA PVBLICA. Navis, in qua Serapis ſedet ad gubernaculum, Iſis velum tenet.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis inter rariſſimos numerandus.

VOTIS X. Duæ figuræ togatæ ex adverſo ſtantes ſacra faciunt ad tripodem, dextra ſcipionem tenentes.
Hic nummus parvus de rariorum numero eſt.

VTILITAS PVBLICA. Figura muliebris ſtans, utraque manu ad pectus involuta ſtola: in imo R.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

AMAN-

Digitized by Google



AMANDUS ſimul cum Aulo Pomponio Æliano in Galliis Bagaudarum Dux, Auguſti titulum uſurpaverat, & collecta tum agricolarum, tum latronum multitudine infeſta omnia reddebat tam indigenis, quam extraneis. Maximianus Herculius a Diocletiano contra eumdem miſſus brevi collectitias copias fudit, & diſſipavit, pacemque reddidit Galliis. Amandi unus nobis ſupereſt nummus æreus tertiæ formæ, iſque rariſſimus, & ſingularis.

IMP. C. L. AMANDVS P. F. AVG. Caput Amandi radiatum, ad humeros.

SPES PAIVPIII. (*ſic*.) Figura muliebris galeata ſtans, dextra haſtam, ſiniſtra innixa clypeo humi poſito.

Hic nummus parvus eximiæ raritatis, & ſingularitatis eſt.

CON-

Digitized by Google



CONSTANTIUS non tam generis nobilitate, quam virtute militari clarus, a Diocletiano Cæſar renuntiatus, cui magno adjumento fuit in tutandis Galliis, & debellandis Carauſio primum, deinde Allecto, qui imperium uſurpaverant in Britannia, non niſi uno anno ante obitum imperium aſſecutus eſt, poſt Maximiani Herculii abdicationem. Morbo confectus Eboraci obiit, nuncupato Cæſare Conſtantino, quem ex Helena prima uxore ſuſceperat. Ejus nummi ærei ſecundæ, & tertiæ magnitudinis ſunt obvii.

IMP. MAXENTIVS DIVO CONSTANTIO ADFINI. Caput Conſtantii velatum, ad humeros.
AETERNA MEMORIA. Templum rotundum, in cujus vertice aquila: in imo NOSTR.
Hic nummus ſecundæ, ſicuti & tertiæ magnitudinis rariſſimus eſt.

C. VAL. CONSTANTIVS NOB. C. Caput Conſtantii radiatum, ad pectus cum paludamento.
CONCORDIA AVGG. Duæ figuræ muliebres ſtantes ex adverſo dextras jungunt, & cornucopiæ ſiniſtris gerunt: in imo II.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

DIVO

DIVO CONSTANTIO PIO. Caput Conſtantii laureatum, ad humeros.
CONSECRATIO. Aquila alis expanſis. In aliis ara rotunda, cui inſiſtit aquila.
Hi nummi tam ſecundæ, quam tertiæ formæ rariſſimi ſunt.

DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad humeros.
Hic nummus parvus inter rariſſimos collocandus.

FELIX ADVENTVS AVGG. NN. Figura muliebris, capite proboſcide tecto, ſtans, labarum tenet dextra, elephanti dentem ſiniſtra: ad pedes leo, & bos cubant: in imo PKT.
Hic nummus ſecundi moduli inter rariores recenſendus.

FIDES MILITVM AVGG. ET CAESS. NN. Mulier tenens utraque manu ſignum militare: in imo AQP.
Hic nummus mediocris de rariorum numero eſt.

FORTVNAE REDVCI CAESS. NN. Figura muliebris ſtans, temonem, pone quem rota, dextra tenet, cornucopiæ ſiniſtra: in imo TR.
Hic nummus mediocris rariſſimus eſt.

GENIO AVGG. ET CAESS. NN. Genius cum modio in capite ſtans, dextra pateram, ſiniſtra cornucopiæ.
Hic nummus mediocris rariſſimus eſt.

CONSTANTIVS ET MAXIMIANVS AVGG. Capita utriuſque jugata.
GENIO POPVLI ROMANI Caput galeatum. Alius quoque eſt typus.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis rariſſimus eſt.

VIRTVS CONSTANTI NOB. C. Conſtantius capite galeato, & laureato, ad pectus cum lorica, dextra geſtat ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtra clypeum.
GENIO POPVLI ROMANI. Genius nudus cum modio in capite, dextra pateram, læva cornucopiæ.
Hic nummus ſecundæ formæ ob capitis epigraphen, & typum inter rariores recenſendus.

HER-

HERCVLI VICTORI. Hercules ſtans, dextra tenet clavam humi poſitam, ſiniſtra tres globulos, & exuvias leonis circa brachium: a dextris in area VI. in imo SISA.
Hic nummus mediocris rariſſimus eſt.

IOVI ET HERCVLI CONS. CAES. Jupiter nudus ſtans a dextris, globum tenet dextra, ſiniſtra haſtam: ex adverſo ſtat Hercules nudus, dextra Victoriolam tenens, quæ Jovi coronam imponit, ſiniſtra ſceptrum cum leonis exuviis: inter utramque figuram S. in imo XXI.
Hic nummus parvus ejuſdem eſt raritatis, ac ſuperior.

DIVO CONSTANTIO PIO PRINC. Caput Conſtantii laureatum, ad humeros.
MEMORIA AETERNA. Aquila alis expanſis. In aliis MEMORIAE AETERNAE. Leo gradiens. Diverſi ſunt typi.
Hi nummi parvi inter rariores locum habent.

PAX AVGG. Figura muliebris ſtans, dextra ramum, ſiniſtra haſtam tranſverſam: in imo A.
Hic nummus parvus rariſsimus eſt.

PRINCIP. IVVENTVTI. Figura muliebris ſtans, ſignum militare tenet utraque manu. Diverſi ſunt typi.
Hic nummus tam parvi, quam minimi moduli rarus eſt.

ROMAE AETERNAE. Roma ſedens, dextra palladium, ſiniſtra innititur clypeo. Diverſi ſunt typi.
Hi nummi parvi rariſsimi ſunt.

SAECVLI FEL. Figura militaris ſtans, ſpiculum dextra, globum ſiniſtra: in imo B.
Hic nummus parvus de rariorum numero eſt.

SALVIS AVGG. ET CAESS. AVCTA KART. Mulier ſtans, manibus expanſis fructus tenet: in imo Γ.
Hic nummus mediocris rariſsimus eſt.

Digitized by Google

TEMPOR. FELICIT. Genius capite turrito ſedens, dextra pateram, ſiniſtra cornucopiæ: in imo PTR.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

VIRTVS AVG. Figura militaris galeata ſtans, clypeum humi poſitum dextra, haſtam ſiniſtra: in imo D.
Hic nummus parvus inter rariores recenſendus.

VIRTVS AVGG. Hercules clavam gerens poma ex arbore decerpit. In aliis leo pedibus bacillum imperatorium tenet. Diverſi ſunt typi.
Hi nummi parvi de rariorum numero ſunt.

VIRTVS AVGG. ET CAESS. NN. Imperator eques hoſtem proterit: in imo AQS.
Hic nummus mediocris rariſſimus eſt.

VOT. V. In corona.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.



G.B. Sintes

FLA-



FLAVIA HELENA uxor prima Conſtantii, ab hoc repudium paſſa poſt illi genitum Conſtantinum, a Conſtantino Auguſto Auguſtæ nomen accepit. Moritur piiſſima fœmina poſt repertam Jeroſolymæ vivificam Chriſti Domini crucem, inopia pauperum ſuis largitionibus levata, templiſque in Dei honorem erectis anno Chriſti 327. Nummi ærei in ejus honorem cuſi haud obvii ſunt.

FL. IVLIA HELENA AVG. Caput Helenæ margaritis ornatum, ad pectus cum ſtola.
PAX PVBLICA. Figura muliebris ſtans, dextra ſceptrum, ſiniſtra haſtam tranſverſam: in imo PTR.
Hic nummus parvus rarus eſt.

PROVIDENTIA AVGG. Caſtra prætoria cum ſtella ſuperne: in imo SAR. cum ſtella.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.



FLAVIA THEODORA Eutropiæ filia uxoris Maximiani ab eodem Maximiano in uxorem data eſt Conſtantio priorem uxorem Helenam repudiare juſſo, quum Cæſaris dignitas fuit illi ab Imperatore collata. Plures hæc filios Conſtantio peperit, cui præmortua, an ſuperſtes fuerit, ignoratur. Hujus Auguſtæ nummi ærei potius obvii ſunt, quam rari.

FL. MAX. THEODORAE AVG. Caput Theodoræ margaritis ornatum, ad pectus cum ſtola.

PIETAS ROMANA. Figura muliebris ſtolata ſtans, infantem lactentem in ſinu fovet. Nullus alius typus occurrit.

Hic nummus parvus obvius potius eſt, quam rarus, in Serie tamen neceſſarius.

CA-

Digitized by Google



CARAUSIUS ex Hibernia, peritia rei nauticæ ita ſe Maximiano commendavit, ut univerſæ claſſi maritimæ præfecturam ab illo impetraverit. Verum quum prædonibus faveret potius, a quibus in rapinarum ſocietatem vocabatur, quam obeſſet, Maximiano ſuſpectus, ſuæ incolumitati conſulens imperatoriam purpuram ſuſcepit, & ſimul occupata Batavia in Britannia inſedit. Dum Conſtantius in ipſum claſſem movet, ab Allecto inſidiis petitus obit poſt ſex circiter annos imperii. Ejus nummi ærei non obvii ſunt.

CARAVSIVS AVG. Carauſius capite galeato, & radiato ad pectus cum lorica, dextra haſtam geſtat ſuper humero dextro, ſiniſtra clypeum.
ADVENTVS AVG. Imperator eques habitu pacificatoris cum captivo ad pedes: in imo M L.
Hic nummus tertii moduli rariſsimus eſt.

COMES AVG. Victoria ſtans, lauream dextra, palmam ſiniſtra.
Hic nummus parvus rariſsimus eſt.

CONSTAVNT (*ſic*) AVG. Figura virilis, ut videtur, Herculis, dextra neſcio quid, ſiniſtra haſtam tenet: in area S C.
Hic nummus parvus rariſsimus eſt.

LEG.

LEG. VII..... Taurus ſiniſtrorſum converſus.
Hic nummus parvus rariſsimus eſt.

ORIENS AVG. Sol capite radiato dextrorſum gradiens, dextra elata, ſiniſtra cum flagro: a dextris in area S. a ſiniſtris P. in imo C.
Hic nummus parvus cum rarioribus adnumerandus.

PAX AVGGG. Figura muliebris ſtans, ramum oleæ dextra, haſtam ſiniſtra: a dextris in area S. a ſiniſtris P. in imo MIXXI.
Hic nummus parvus de rariorum numero eſt.

PROVID. AVGGG. Figura muliebris ſtans, globum dextra, haſtam læva: a dextris in area S. a ſiniſtris P. in imo C.
Hic nummus parvus raritatis ſingularis eſt.

SPES PVBLIC. Typus Spei: a dextris in area S. a ſiniſtris P. in imo MIXXI.
Hic nummus parvus inter rariores numerandus.

TVTELA AVG. Mulier tutulato capite ſtans ad aram, dextra pateram, ſiniſtra cornucopiæ: in imo LO.
Hic nummus parvus raritatis eximiæ eſt.

VICTORIA GEA. (*ſic*) Trophæum, hinc illinc ſedent duo captivi, manibus poſt terga revinctis.
Hic nummus parvus rariſsimus eſt.

VICTORIA P. R. Figura muliebris ſtans, dextra tenet ſagittam, ſiniſtra haſtæ innititur.
Hic nummus parvus raritatis ſingularis eſt.

AL-

Digitized by Google




ALLECTUS gente non minus barbarus, quam proditione, a Carauſio prætorii præfectura donatus, eidem inſidias ſtruxit, & oppreſſit. Arreptum imperium in Britannia per biennium tenuit, in acie cæditur quum pugnat cum Aſclepiodoto, quem diviſo exercitu in ipſum Conſtantius miſerat. Nummi hujus Tyranni rari omnes ſunt.

IMP. C. ALLECTVS P. F. AVG. Caput Allecti radiatum, ad pectus cum lorica.

VIRTVS AVG. Triremis cum gubernatore ad puppim, & quinque remigibus; malus erecta cum rudentibus abſque antenna, & velo.

Hic nummus tertiæ magnitudinis raritatis eſt ſingularis, & elegantiæ.

Digitized by Google



SEVERUS ex Illyrico a Galerio Maximiano ad dignitatem Cæſaris adſumptus, ad Italiæ, Rhætiæ, Illyrici, & Africæ regimen, & defenſionem deſtinatus eſt. Sed cum adverſus Maxentium exercitum, Romam verſus duceret, intellecta a Maximiano Herculio pro tutela filii reſumpta Imperatoria purpura, ipſe exuit ſuam, & ſe Ravennam recepit, ubi vel neci traditus eſt invitus, vel ſponte ſibi ſectis venis occubuit, principatus anno vix abſoluto. Nummi Severi ſecundæ formæ magis communes ſunt, quam tertiæ.

FLA. VAL. SEVERVS NOB. C. Caput Severi laureatum, ad humeros.
CONCORDIA IMPERII. Figura muliebris cum modio in capite ſtans, haſtæ adnititur dextra, ſtolam colligit ſiniſtra: a ſiniſtris in area VI. in imo SISA.
Hic nummus ſecundæ formæ raritatis ſingularis eſt.

CONCORDIA MILITVM. Jupiter nudus ſtans a ſiniſtris globum cum Victoriola dextra tenet, haſtam puram læva: ex adverſo ſtat Imperator dextram protendens, & ſiniſtra ſcipionem tenens: inter utramque figuram Δ. in imo ALE.
Hic nummus tertii moduli rariſſimus eſt.

FIDES

FIDES MILITVM AVGG. ET CAESS. NN. Figura muliebris ſedens, ſignum militare inclinatum tenet dextra, alteri erecto adnititur ſiniſtra: in imo A Q P.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis inter rariores deſcribendus.

GENIO AVGG. ET CAESARVM NN. Genius nudus ſtans, pateram dextra, læva cornucopiæ: in imo K A.
Hic nummus mediocris inter rariores recenſendus.

IMP. C. SEVERVS P. F. AVG. Caput Severi laureatum, ad humeros.
HERCVLI VICTORI. Hercules ſtans, dextra clavam humi poſitam, ſiniſtra globum: pendent ex humero ſiniſtro exuviæ leonis: a dextris in area S. a ſiniſtris $\frac{P}{B}$. in imo ALE.
Hic nummus ſecundi moduli rariſſimus eſt.

PERPETVITAS AVGG. Figura muliebris ſedens, dextra globum cum Victoriola ſuſtinet, haſtæ adnititur læva; clypeus a ſiniſtris ſellæ adhæret: a dextris in area S. a ſiniſtris $\frac{B}{P}$. in imo ALE.
Hic nummus ſecundæ formæ rariſſimus eſt.

SAC. MON. VRB. AVGG. ET CAESS. NN. Figura muliebris ſtans, bilancem dextra, cornucopiæ ſiniſtra: in area ſtella: in imo R T.
Hic nummus ſecundæ magnitudinis rarus eſt.

VIRTVS AVGG. ET CAESS. NN. Severus paludatus eques, dextra haſtam, qua figuram virilem genuflexam impetit, ſiniſtra clypeum geſtat; ſub equo altera figura proſtrata, & clypeus: in imo A Q Γ.
Hic nummus ſecundi moduli rarus, & elegans eſt.

VOT. XX. AVGG. In laurea.
Hic nummus tertii moduli raritatis ſingularis eſt.

VTILITAS PVBLICA. Figura muliebris ſtans, utraque manu ad pectus ſtola involuta.
Hic nummus parvus ejuſdem raritatis eſt, ac ſuperior.

Digitized by Google



GALERIUS MAXIMIANUS Armentarius dictus ab armentis, quæ primis annis egerat, in Dacia ortus, in militia clarus Diocletiano ita placuit, ut ſimul cum Conſtantio Cæſar creatus fuerit. Poſt depoſitum imperium a ſenioribus Auguſtis Auguſti titulo auctus Severum Cæſarem dixit, quo mortuo Licinium eidem ſubrogavit. Verum Maximino id ægre ferente, abolito cognomine Cæſarum, Conſtantinum, & Maximinum, novo titulo invento, Filios Auguſtorum declaravit. Poſt tredecim annos imperii, quorum ſex poſtremis ut Auguſtus imperium rexit, tabe abſumptus periit. Ejus nummi ærei obvii ſunt.

DIVO MAXIMIANO SOCERO MAXENTIVS AVG. Caput Galerii Maximiani velatum, ad humeros.
AETERNA MEMORIA. In aliis AETERNAE MEMORIAE. Templum rotundum ſex columnis ſuffultum, in cujus vertice aquila alis expanſis. Diverſi ſunt typi.
Hi nummi ſecundi moduli de rariorum numero ſunt.

DIVO MAXIMIANO MAXIMINVS AVG. FIL. Caput Galerii Maximiani laureatum, ad humeros.
AETERNAE MEMORIAE GAL. MAXIMIANI. Ara quadrata ignita, ramo ad mediam aram utrinque adpoſito, cui inſiſtit aquila coro-

coronam geſtans roſtro: a dextris in area luna bicornis, & K. a ſiniſtris A P. in imo ALE.
Hic nummus mediocris raritatis ſingularis eſt.

GAL. VAL. MAXIMIANVS NOB. C. Caput Galerii Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento.
CONCORDIA AVGG. Duæ figuræ muliebres ſtantes ex adverſo, dextras jungunt, ſiniſtra cornucopiæ tenent.
Hic nummus parvi moduli inter rariores ponendus.

MAXIMIANVS IVN. AVG. Caput Galerii Maximiani laureatum, ad humeros.
CONCORDIA FELIX DD. NN. Imperatores duo dextras jungunt: in imo PLC.
Hic nummus mediocris rariſſimus eſt.

FELIX ADVENTVS AVGG. NN. Figura muliebris capite proboſcide tecto ſtans, labarum dextra tenet, dentem elephanti ſiniſtra: ad pedes leo, & bos cubant: in imo PKL.
Hic nummus mediæ formæ non obvius eſt.

FIDES MILITVM AVGG. ET CAESS. NN. Mulier ſedens, dextra tenet ſignum militare, & alterum ſiniſtra: in imo AQS.
Hic nummus mediæ formæ inter rariores numerandus.

DIVO GAL. VAL. MAXIMIANO. Caput Galerii Maximiani velatum, ad humeros.
FORTI FORTVNAE. Fortuna ſtans, dextra temonem globo impoſitum, ſiniſtra cornucopiæ: a dextris ſigna Solis, & Lunæ cum litera L. in imo SIS.
Hic nummus mediocris rariſsimus eſt, ſicut & parvus.

FORTVNAE REDVCI AVGG. NN. In aliis CAESS. NN. Figura muliebris ſtans, dextra temonem tenet, juxta quem globus zonis diſtinctus, ſiniſtra cornucopiæ: a dextris in area B. a ſiniſtris ſtella: in imo TR. Diverſi ſunt typi.
Hi nummi mediocres de rariorum numero ſunt.

IMP. C. GAL. VAL. MAXIMIANVS P. F. AVG. Caput Galerii Maximiani laureatum, ad humeros.
GENIO AVGVSTI ꟼH. Genius nudus cum modio in capite, & pallio ad lævam ſtans, pateram dextra, cornucopiæ læva: in area E. in imo SMNΔ.
Hic nummus ſecundi moduli rariſsimus eſt.

GENIO IMPERATORIS. Typus, ut in ſuperiore: a dextris in area K. a ſiniſtris $\frac{A}{P}$. in imo ALE.
Hic nummus ſecundi moduli rarus eſt.

IMP. MAXIMIANVS IVN. AVG. Caput Galerii Maximiani laureatum, ad pectus cum paludamento.
GENIO POP. ROM. Typus, ut in ſuperiore: in imo PLC.
Hic nummus mediocris rariſsimus eſt.

IOVI CONS. AVG. Jupiter gradiens, captivi humi ſedentis dorſum pede dextro premit, dextra elata, ſiniſtra globum tenet: a ſiniſtris alter captivus humi ſedet: in imo B.
Hic nummus parvus rariſsimus eſt.

IOVI CONS. CAES. Jupiter nudus ſtans, Victoriolam ſuſtinet dextra, haſtæ innititur læva: a dextris in area S. a ſiniſtris $\frac{A}{P}$. in imo ALE.
Hic nummus mediæ formæ rariſsimus eſt.

IOVI ET HERCVLI CONS. CAESS. Jupiter nudus a ſiniſtris ſtans, dextra globum cum Victoriola, haſtam ſiniſtra: ex adverſo ſtat Imperator laureatus, & paludatus dextram extendens, ſiniſtra tenens ſcipionem: inter utramque figuram T. in imo XXI.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

LAETITIA AVGG. Mulier ſtans, dextra corollam, læva anchoram: in imo B.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

ORIENS AVGG. Sol capite radiato dextrorſum gradiens, dextra extenſa, ſiniſtra globum tenet: ad pedes hinc inde duo captivi humi ſedentes. Diverſi ſunt typi.
Hi nummi parvi rari ſunt.

PAX

PAX AVGG. Figura muliebris ſtans, oleæ ramum dextra, haſtam ſiniſtra: in imo A.
Hic nummus parvus raritatis ſingularis eſt.

PROVIDENTIA AVGG. Quatuor figuræ militares ſacrificant ad aram, ante portam caſtrorum poſitam: in imo Γ.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

SALVIS AVGG. ET CAESS. AVCTA. KART. Figura muliebris ſtans, manibus expanſis fructus geſtat: in imo Δ.
Hic nummus medii moduli rariſſimus eſt.

IMP. MAXIMIANVS IVN. AVG. Caput Galerii Maximiani laureatum, ad pectus cum lorica.
SECVRIT. PEPRET. (*ſic*) DD. NN. Figura muliebris cippo innititur, ſiniſtra haſtam tenente, dextram capiti admovet: in imo PLC.
Hic nummus mediocris raritatis eſt ſingularis.

VIRTVS AVGG. Figura militaris galeata ſtans, dextra clypeum humi poſitum, ſiniſtra haſtam: in imo B.
Hic nummus parvus eſt inter rariores numerandus.


VIRTVS EXERCITVS. Figura militaris galeata ſiniſtrorſum gradiens, ſpiculum tranſverſum dextra, trophæum geſtat humero ſiniſtro cum clypeo. Diverſi ſunt typi.
Hi nummi mediocres rarioribus adnumerandi.

VOTIS X. Figura virilis laureata, ac togata ſtans ad aram ignitam, pateram dextra, ſcipionem læva: a dextris in area Δ. in imo PTR.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

VOTIS X. M. XX. Victoria globo inſiſtens, lauream dextra, palmam ſiniſtra: a dextris in area A. in imo PTR.
Hic nummus parvus ejuſdem eſt raritatis, ac ſuperior.

GA-

Digitized by Google



GALERIA VALERIA Diocletiani filia ab eodem nuptui tradita fuit Galerio Maximiano. Galerio fatis functo, quum Maximini ſecundas nuptias detrectaſſet, in exilium pulſa, a Licinio demum una cum matre capitis damnata Theſſalonicæ occubuit anno 314. Nummi Valeriæ rari ſunt, & infrequentes, & omnes medii moduli.

GALERIA VALERIA AVG. Caput Valeriæ, ad pectus cum ſtola.
VENERI VICTRICI. Figura muliebris ſtolata ſtans, pomum tenet dextra elata, veſtem colligit læva. Unus tantum cernitur typus hujus Auguſtæ, ſed variis literis obſignatus.
Hic nummus medii moduli rarus eſt, ſed cum monogrammate MH *rariſſimus.*

MA-

Digitized by Google



MAXENTIUS Maximiani Herculii filius, Severo e vivis erepto, & Maximiano patre ex Urbe exacto Italiam tenuit, Auguſti titulo a prætorianis impetrato. Mox Africa, per Voluſianum prætorio præfectum Alexandro tyranno interfecto, ſuæ dominationi addita, cum Conſtantino bellum geſſit; cum quo ad pontem Milvium prælio tandem inito fuſus, & victus, dum cum fugientibus Romam ſe recipere ſatagit, in Tyberim merſus perit, ſexto ab uſurpato imperio anno. Ejus nummi ærei præſertim ſecundi moduli obvii ſunt.

IMP. C. MAXENTIVS P. F. AVG. Caput Maxentii laureatum.
ADLOCVTIO MAXENTII. Imperator paludatus ſtans, retro adſtante Præfecto Prætorio, milites adloquitur e ſuggeſtu: in imo REP.
Hic nummus ſecundi moduli rariſſimus eſt.

AETERNA FELICITAS AVG. N. Lupa cum pueris: in imo MOSTP.
Hic nummus ſecundi moduli raritatis eſt ſingularis.

AETERNITAS AVG. N. Caſtor, & Pollux ſtantes cum equis: ſuperne duæ ſtellæ: in imo MOSTT.
Hic nummus tam ſecundi, quam tertii moduli rarus eſt.

CON-

CONSERVATOR AFRICAE SVAE. Figura muliebris crocodilum calcans, dextra tenet ſignum militare, ſiniſtra dentem elephanti: a dextris in area H. a ſiniſtris ER. in imo Q.
Hic nummus ſecundæ formæ inter rariores habendus.

IMP. C. MAXENTIVS P. F. AVG. CONS. I. Maxentius capite laureato, ad pectus cum trabea, dextra ſcipionem cum aquila.
CONSER. VRB. SVAE. Templum exaſtylum cum corona laurea prope aquilam, in cujus aditu figura muliebris galeata ſedens a fronte, globum dextra, haſtam ſiniſtra: in imo AQΓ.
Hic nummus ſecundæ formæ rariſſimus eſt.

IMP. MAXENTIVS P. F. AVG. CONS. II. Typus ut ſupra.
CONSERV. VRB. SVAE. Idem typus.
Hic nummus ſecundæ formæ ejuſdem eſt raritatis, ac ſuperior.

Eadem epigraphe. Templi facies cum gradibus quatuor columnis ſuffulta, in cujus periſtylio lupa cum pueris: in aditu figura muliebris galeata ſedens cum globo, & haſta: ſtat ex adverſo Maxentius, ante quem captivus: in imo AQ. Diverſi ſunt typi.
Hi nummi ſecundi moduli inter raros locum habent.

CONSERVATORES KART. SVAE. Templum ſex columnarum cum gradibus, in cujus aditu mulier ſtans, manibus expanſis tenens fructus: in imo PKB.
Hic nummus mediocris inter rariores numerandus.

CONSERVATORES VRBIS SVAE. Templum exaſtylum cum corona, & aquila, in cujus aditu figura muliebris galeata ſedens cum globo, & haſta: in imo PT.
Hic nummus mediocris ejuſdem eſt raritatis, ac ſuperior.

FEL. PROCESS. CONSVL. AVG. N. Imperator in quadrigis elephantorum, dextra ramum, læva ſceptrum, quem Victoria volitans coronat: in imo PAQ.
Hic nummus ſecundi moduli rariſſimus eſt.

FIDES MILITVM AVG. N. In aliis AVGG. NN. Mulier ſedens, unum ſignum militare dextra, tenens læva alterum. Ad imum literæ diverſæ.
Hi nummi ſecundi moduli inter rariores habendi.

HERCV-

Digitized by Google

HERCVLI COMITI AVG. N. Hercules nudus ſtans, dextra clavæ innixus, ſiniſtra arcum tenens cum leonis exuviis.
Hic nummus tertii moduli rarioribus adnumerandus.

IOVI CONSERVATORI AVG. N. Jupiter nudus galeatus ſtans, haſtæ adnititur dextra, clypeum humi poſitum tenet ſiniſtra: in imo RSQ.
Hic nummus mediocris rariſſimus eſt.

MARTI COMITI AVG. N. Imperator eques dextra elata, milite cum ſpoliis præeunte.
Hic nummus mediocris raritatis eſt ſingularis.

IMP. C. M. A. VAL. MAXENTIVS P. F. AVG. Caput Maxentii laureatum, ad humeros.
PRINCIPI IVVENTVTIS. Imperator paludatus ſtans cum duobus ſignis militaribus: in imo PLC.
Hic nummus medii moduli de rariorum numero eſt.

SAECVLI FELIC. AVG. N. Lupa cum puerulis: in imo MOST.
Hic nummus medii moduli cum rarioribus numerandus.

SAECVLO FELICI AVG. N. Duæ Victoriæ ex adverſo ſtantes, utraque manu ſuſtinent clypeum, in quo VOT. XX. in imo R.
Hic nummus parvus raritatis eſt ſingularis.

VICTOR OMNIVM GENTIVM AVG. N. Figura militaris Victoriolam porrigit Imperatori paludato ſtanti, ad cujus pedes figura ſupplex: in imo MOSTQ.
Hic nummus medii moduli raritatis ſingularis, & eximiæ eſt.

VICTORIA AETERNA AVG. N. Victoria pede lævo baſi impoſito ſtans, clypeo inſcribit VOT. XX. FEL. in imo MOSTS.
Hic nummus parvus inter rariores recenſendus.

VICTORIA AVG. Victoria gradiens, dextra ſertum, ſiniſtra palmam: in imo MOTP.
Hic nummus mediocris ejuſdem eſt raritatis, ac ſuperior.

VICTORIAE AVGG. Victoria ſtans cum corona, & aquila: in imo MOSTT.
Hic nummus parvus raritatis eſt ſingularis.



ROMULUS Maxentii filius Conſulatum ſimul cum patre iniiſſe creditur anno 308., præmortuus certe eſt Maxentio patri, qui non mortem obiit niſi anno 312., & a quo conſecratus fuit. Nummi Romuli ærei ſecundi, & tertii moduli nec rari, nec obvii ſunt.

DIVO ROMVLO NVBIS CONS. Caput Romuli nudum, ad humeros.
AETERNAE MEMORIAE. Templum rotundum cum gradibus, cujus vertici imminet aquila alis expanſis: in imo MOSTS.
Hic nummus ſecundi moduli non obvius eſt.

DIVO ROMVLO NVB. AVG. Caput Romuli nudum, ad humeros.
AETERNAE MEMORIAE. Typus ut ſupra.
Hic nummus parvus ob capitis epigraphen eximiæ raritatis, & ſingularitatis eſt.

ALE-

Digitized by Google



ALEXANDER ex Phrigia, aut Pannonia, Vicarius Prætorio Præfecto in Africa datus, Galerio Maximiano mortuo, a militibus, qui Maxentium ſibi imperare renuebant, Imperator creatus eſt. Imperium per tres ferme annos tenuit, ſed prælio victus a Rufo Voluſiano a Maxentio contra eumdem miſſo, & e fuga retractus laqueo necatus eſt. Ejus nummi ærei tertii moduli, qui ſoli ſuperſunt, rariſſimi ſunt.

IMP. ALEXANDER P. F. AVG. Caput Alexandri laureatum, ad humeros.
INVICTA ROMA FELIX KARTHAGO. Africa ſtans, tenens ſpicas, & uvam: in imo PK.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

ROMAE AETERNAE. Templum exaſtylum, in cujus aditu Roma galeata ſedet a fronte, Victoriolam dextra tenens.
Hic nummus parvus paris eſt raritatis, ac ſuperior.

VICTORIA ALEXANDRI AVG. N. Victoria dextrorſum gradiens, dextra lauream, ſiniſtra palmam: in imo P. X.
Hic nummus ſecundæ formæ rariſſimus, & ob epigraphen ſingularis eſt.



MAXIMINUS cognomine Daza, in Illyrico natus a Galerio Maximiano avunculo Cæſar dictus ſimul cum Severo, ut ſuperius diximus, defuncto Severo, indignatus ſibi coæquatum Licinium novum titulum unà cum Conſtantino, Filiorum Auguſtorum ab eodem impetravit. Sed non eo contentus, Auguſtum, militibus adſtipulantibus, ſe nuncupavit. Dum autem exercitum movet in Licinium numero militum confiſus longe ſuperante numerum militum Licinii, victus, & in fugam converſus, de vita deſperans veneno epoto inter fremitus, & mugitus execrabilem animam poſt quatriduum evomuit. Imperavit decem circiter annis, quatuor Cæſaris titulo, & ſex Auguſti. Ejus nummi ærei obvii ſunt.

IMP. C. GALER. VAL. MAXIMINVS P. F. AVG. Caput Galerii Maximini laureatum, ad humeros.

BONO GENIO IMPERATORIS. In aliis BONO GENIO PII IMPERATORIS. Genius cum modio in capite, & pallio ſuper brachium dextrum ſtat, pateram dextra, cornucopiæ ſiniſtra: in area a dextris Luna, & K. a ſiniſtris $\frac{B}{X}$. in imo ALE.

Hi nummi ærei ſecundi moduli rariſſimi ſunt.

COMI-

Digitized by Google

COMITI AAVVGG. Sol capite radiato ſtans, dextra globum, ſiniſtra flagrum: a ſiniſtris in area ſtella: in imo PLN.
Hic nummus parvus raritatis eſt ſingularis.

MAXIMINVS FIL. AVGG. Caput Galerii Maximini laureatum, ad humeros.
GENIO CAESARIS. Solitus typus Genii, paucis literis immutatis.
Hic nummus ſecundi moduli ob capitis epigraphen rariſſimus.

GENIO EXERCITVS. Typus ſolitus Genii.
Hic nummus mediocris inter rariores collocandus.

HERCVLI VICTORI. Hercules nudus ſtans, dextra femori admota, clavæ innititur ſiniſtra leonis exuvias geſtante: a dextris in area I. in imo ANT.
Hic nummus parvus inter rariores locum habet.

IOVI CONSERVATORI. In aliis IOVI CONSERVATORI AVGG. NN. Jupiter nudus ſtans, Victoriolam globo impoſitam ſuſtinet dextra, haſtæ innititur ſiniſtra; pro pedibus aquila lauream roſtro geſtans: in imo SIS. Diverſi ſunt typi.
Hi nummi tam mediocres, quam parvi cum rarioribus numerandi ſunt.

MARTI CONSERVATORI. Figura Martis ſtans, haſtam dextra, clypeo humi poſito nititur ſiniſtra: in imo TT.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

SACRA MON. VRB. AVGG. ET CAES. NN. Figura muliebris ſtans, dextra bilancem, ſiniſtra cornucopiæ: in imo RT. Luna intermedia.
Hic nummus mediocris rariſſimus eſt.

SALVIS AVGG. ET CAESS. FEL. KART. Africa ſtans, ſpicas, & uvam tenet: in imo M.
Hic nummus inter rariores recenſendus.

S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. Aquila legionaria inter duo ſigna militaria erecta: in imo AB.
Hic nummus tam ſecundæ, quam tertiæ magnitudinis cum rarioribus numerandus.

SOLI

SOLI INVICTAE (*ſic*) Sol in quadrigis dextra elata, ſiniſtra globum ſuſtinet: in area Z. in imo ANT.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

MAXIMINVS NOB. CAES. Maximinus capite galeato ad pectus cum lorica, ſpiculum geſtat dextra ad humerum dextrum, ſiniſtra clypeum, in quo plures figuræ inſculptæ.
SOLI INVICTO: Sol paludatus capite radiato in quadriga a fronte, dextra elata, globum ſuſtinet ſiniſtra: in imo ANT.
Hic nummus mediocris ob capitis typum rariſſimus eſt.

SOLI INVICTO COMITI. Sol nudus capite radiato ſtans, dextram protendit, ſiniſtra ſuſtinet globum, ad pedes captivus humi ſedens. Diverſi ſunt typi.
Hi nummi mediocres inter rariores habendi.

VIRTVS AVGG. ET CAESS. NN. Maximinus eques dextrorſum gradiens, ſub equo figura militaris confoſſa cum clypeo: alia genuflexa ſupplex: in imo A Q T. Diverſi ſunt typi.
Hi nummi ex medio modulo rari omnes ſunt.

VIRTVTI EXERCITI. Mars galeatus gradiens, ſpiculum tranſverſum geſtat dextra, trophæum humero ſiniſtro.
Hic nummus mediocris rariſſimus eſt.

VOT. X. T. In corona laurea.
Hic nummus parvus rariſſimus eſt.

LI-



LICINIUS in Dacia natus, ob res bellicas egregie adminiſtratas ſub Galerio Maximiano, Severo mortuo Cæſarum altero, fuit ab eodem in ejus locum ſubrogatus, & Cæſar dictus. Inita inter ipſum, & Conſtantinum concordia, cujus ſororem Conſtantiam in uxorem duxerat, Maximinum adoritur, qui Thraciam invaſerat, eumque ſuperat, & profligat. Mox rupto fœdere inter duos Auguſtos Conſtantinum, & Licinium, poſt duo prælia commiſſa, in tertio in Bithynia prope Nicomediam Licinii militibus ad centum mille cæſis, ipſe Theſſalonicam ſe recipiens juſſu Conſtantini necatus eſt, anno decimo ſeptimo ſui imperii. Licinii nummi ærei obvii ſunt, & triti.

IMP. LIC. LICINIVS AVG. Caput Licinii laureatum, ad humeros.
GENIO AVGVSTI. Genius nudus cum modio in capite, & pallio ad brachium ſiniſtrum, dextra pateram, ſiniſtra cornucopiæ: in area, & in imo diverſæ literæ juxta diverſos typos.
Hi nummi tam medii, quam parvi moduli juxta raritatem epigraphes capitis rari ſunt.

IMP. FL. C. L. LICINIVS P. F. AVG. Caput Licinii laureatum, ad humeros.
IOVI CONSERVATORI. Jupiter nudus cum pallio ad brachium ſini-

ſiniſtrum ſtans, dextra fulmen, ſiniſtra haſtam: a ſiniſtris in area $\frac{A}{N}$. in imo I.

Hic nummus mediæ formæ ob capitis epigraphen inter rariores recenſendus.

DD. NN. IOVII LICINII INVICT. AVG. ET CAES. Duo Licinii, pater a dextris, & filius a ſiniſtris, laureati, infra medium pectus ille paludatus, hic cum trabea, Victoriolam utraque manu lauream tenentem ambo dextra fulciunt.

I. O. M. ET VICT. CONSER. DD. NN. AVG. ET CAES. Jupiter nudus a ſiniſtris dextram protendit, haſtæ adnititur ſiniſtra: ex adverſo ſtat Victoria lauream dextra, palmam ſiniſtra: in imo SMKA.

Hic nummus mediæ formæ rariſſimus eſt.

DD. NN. IOVII LICINII INVICT. AVG. ET CAES. Capita adverſa Liciniorum laureata, ambo Victoriolam ſuſtinent, quæ utrumque coronat.

IOVI ET VICT. CONSER. DD. NN. AVG. ET CAES. Jupiter, & Victoria ſtantes. In aliis IOV. ET VIRTVTI DD. NN. AVG. ET CAS. Jupiter pone trophæum erectum inter duos captivos humi ſedentes.

Hi nummi parvi raritatis eximiæ ſunt.

